## A2. XXXVI [1]DE CONCILIO TOLETANO TERTIO

| | |
|---|---|
| i. | Vt liceat episcopo unam ex parroechiis basylicam facere monasterium |
| ii. | De libertis ecclesie |
| iii. | Vt ad mensam episcopi scripture diuine legantur[2] |
| iiii. | Vt uiduis pro castitate uiolentiam nullus inferat, et ut mulier inuita uirum non ducat |
| v. | De his qui penitentiam poscunt |
| vi. | Vt clerici qui seculares iudices appetunt[3] excommunicentur |
| vii[4]. | De Iudeis |
| viii. | Vt ecclesia cum rebus eius ad episcopi ordinationem pertineat |
| viiii. | Vt episcopus angarias in dyocesi non imponat |
| x. | Vt non liceat iudicibus seruos ecclesie angariis occupare |
| xi. | Vt religiosorum corpora psallendo deducantur |
| xii. | Vt in sanctorum nataliciis ballimathie prohibeantur |

---

[1] *title and capitulatio om.* ZJTOHA; *in* CLRXSWNDMBP
[2] diu. leg. CLRSWNP; leg. diu. B
[3] ut *add. and canc.* B
[4] *No. om.* D (*so now one out*)

### 1

*Incipit de concilio Toletano tercio[1]. Vt liceat episcopo[2] unam ex paroechiis basylicam facere[3] monasterium[4] cp. iiii*[5]

Si episcopus unam de parroechitanis ecclesiis suis monasterium dedicare[6] uoluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio uiuat, hoc de consensu concilii sui[7] habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus ecclesie pro eorum substantia aliquid[8] quo[9] detrimentum ecclesie non exhibeat eidem loco[10] donauerit, sit stabile. Rei enim bone statuende[11] sanctum concilium dat consensum.

*C. Toledo III c 4; H 359a; M 454; ID 3.168; +C 12 q 2 c 73*

---

[1] tercio CLNDBZJTOH; quarto QA
[2] episcopo CNDBZTOQA; *om.* H
[3] vel *add.* P[2]
[4] fac. mon. CSNDBP; mon. fac. ZTOHA. Vt - fac. *in mg.* Z
[5] iiii CLRNPZTOQA; i B; *om.* DH
[6] dedicare CXSWND; dicare LRBPZTOHA
[7] cons. conc. sui CRNPZTOHA; conc. sui cons. B
[8] -quid CSBPZTOHA; -quod ND
[9] quo CLRSNPZJTO; quod DBHQA
[10] eidem loco *ss* S
[11] -ende CNDBP; -endum ZTOHA

### 2[1]

*De libertis ecclesie[2] cp. vi[3]* [114ra]

De libertis autem hoc precepit[4] sancta[5] synodus, ut si qui presbiteri uel dyaconi ab episcopis facti sunt, secundum modum quo canones antiqui dant licentiam sint liberi

---

[1] *om.* D
[2] De - eccl. *in mg.* Z
[3] vi LRNPZTOQA; ii B; *om.* H; ? C
[4] -epit CLXSN; -ipit L[2]RWBPZTOHA; R *has* ecclesie *ss over* hoc

et tamen a patrocinio ecclesie tam ipsi quam ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi et ecclesiis commendati patrocinio episcopi colligantur et ne cuiquam donentur hoc a principe episcopus postulet.
*C. Toledo III c 6; H 359b; M 454; +C 12 q 2 c 63*

---

[5] *corr. fr.* aut O

**3**

*Vt ad mensam episcopi scripture diuine[1] legantur[2] cp. vii[3]*

Pro reuerentia Dei et sacerdotum id uniuersa constituit synodus, ut quia solent crebro mensis ociose fabule interponi in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum[4] misceatur. Per hoc enim et anime edificantur ad bonum et fabule non[5] necessarie[6] prohibentur.
*C. Toledo III c 7; H 359b; M 454; ID 6.260 as BD 2.169; +D 44 c 11*

---

[1] scr. diu. CLNBZTOA; diu. scr. DH; scr. sacre Q
[2] Vt - leg. *in mg.* Z
[3] vii CLNZTOHQA; *om.* DMP; iii B
[4] *repeated* B; *ss* O
[5] *add. in mg.* B
[6] non *add. and canc.* O

**4**

*Vt uiduis pro castitate uiolentiam nullus inferat et ut mulier inuita uirum non ducat[1] cp. x[2]*

Hoc sanctum affirmat concilium ut uidue quibus placuerit teneant castitatem, et nulla uidua ad nuptias intrandas[3] uenire cogatur[4]. Quod si priusquam profiteantur continentiam nubere elegerint illis nubant quos propria uoluntate uoluerint habere maritos. Similis conditio et de uirginibus habeatur, nec extra uoluntatem parentum uel suam cogantur maritos accipere. Si quis uero propositum castitatis uidue uel uirginis impedierit a sancta communione et a liminibus[5] ecclesie habeatur extraneus.
*C. Toledo III c 10 (lacks beg.); H 359b; M 455; ID 7.62 as BD 8.44 which is complete, 8.18-19 (*Vidue si prius quam -- accipere maritos*); below 3.15.18 as ID 8.18-19; +C 32 q 2 c 16 as here, C 27 q 1 c 38 as ID 8.18-19*

---

[1] Vt - ducat *in mg.* Z
[2] x CLRNPZTOQA; et ut - x *om.* DM; iiii B; *om.* H
[3] intrandas CRNPZTOHA; iterandas B
[4] co- *ss* O
[5] *corr. fr.* limonibus A

**5**

*De his qui penitentiam poscunt[1] cp. xii[2]*

Quicumque ab episcopo uel presbitero sanus uel infirmus penitentiam postulat id ante omnia episcopus[3] obseruet et presbiter ut si uir est siue sanus siue infirmus prius eum tondat[4] aut in cinere et cilicio habitum mutare faciat et sic penitentiam ei tradat. Si uero mulier fuerit non accipiat penitentiam[5] nisi prius aut uelata fuerit aut mutauerit

---

[1] De - poscunt *in mg.* Z
[2] xii CLRPZTOHQA; xi N; *om.* DM; v B
[3] *corr. fr.* -opos Z
[4] *corr. to* tondet B
[5] ei tradat. Si - penitentiam *in mg.* X[2]

habitum. Sepius enim [114rb] laicis uel feminis tribuendo desidiose penitentiam ad lamentanda rursum facinora post acceptam penitentiam relabuntur.
*C. Toledo III c 12; H 360a; M 455; ID 15.19*

**6**

*Vt clerici qui seculares iudices appetunt excommunicentur[1] cp. xiii[2]*

Inolita presumptio usque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici conclericos[3] suos relicto pontifice suo ad iudicia publica pertrahant[4]. Proinde statuimus ut hoc de cetero non presumatur[5]. Si quis hoc[6] presumpserit facere conuentus et causam perdat et a communione efficiatur extraneus.
*C. Toledo III c 13; H 360a has opening clause omitted here and in M; M 455; C 11 q 1 c 42 as C. Mileva*

---

[1] Vt - exc. *in mg.* Z
[2] xiii LRNPZTOHQA; xiiii CX[2]S; *om.* XDM; vi B
[3] concl- CNPZTOHA; cum cl- B
[4] pertrahant CNBZTOHQ; pertrahunt A
[5] presumatur CNBZTOHQ; sumantur A
[6] hoc CLBPZTOHA; *om.* ND

**7**

*De Iudeis[1] cap. xiiii[2]*

Nulla officia publica eis[3] iniungantur[4] per que eis occasio tribuatur penam[5] Christianis inferre. Si qui uero Christiani ab eis in[6] Iudaismo ritu sunt maculati uel etiam circumcisi non reddito precio ad libertatem et religionem redeant Christianam.
*C. Toledo III c 14b; M 455-6; H 360a; +D 54 c 14*

---

[1] De Iud. *in mg.* Z
[2] xiiii LRSWNPZT(*mg.*)OHQA; *om.* CDM; capit. vii B?
[3] eis *(corr. to* Iudeis) off. pub. D
[4] iniung- CDBZTOHA; iniug- N
[5] *short erasure follows* Z
[6] in CNDBP; *om.* ZTOHA

**8**

*Vt ecclesia cum rebus suis[1] ad episcopi ordinationem[2] pertineat[3] cp. xviiii[4]*

Sic quidem contra omnem auctoritatem ecclesias[5] quas edificauerint postulant consecrari ut dotem quam eidem ecclesie contulerint censeant ad episcopi[6] ordinationem[7] non pertinere. Quod factum est taliter in preterito[8] corrigatur, et in futuro ne fiat prohibeatur,[9] sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem[10] pertineant.
*C. Toledo III c 19 (var.); H 360b-361a (nearer M); M 457; ID 3.23 var. as BD 3.20; IP 2.12 as ID; C 10 q 1 c 2 as here*

---

[1] suis CRNDBP; eius ZTOHQA
[2] ordinationem CDBZTOHA; ordinatio N
[3] Vt - pert. *in mg.* Z
[4] xviiii CLRNP?ZJTO; *om.* DMA; viii B?; xv HQ
[5] ecclesias LRWNDBPTZOHA; ecclesiis CXS
[6] ordi *add. and canc.* Z
[7] ad episcopi ordinationem CNDBZJTO; ab episcopi ordinatione HQA
[8] *corr. fr.* -orito O
[9] -eatur CNDBPHQ; -etur TZJOA
[10] -atem CNBJTOHQA; -ate Z

## 9

*Vt episcopus angarias in dyocesi non imponat cp. xx*[1]

Quia cognouimus episcopos per parroechias suas non sacerdotaliter sed crudeliter deseuire et dum scriptum sit, Forma estote gregi, non ut dominantes in clero, exactionesque dyocesis sue uel dampna infligant, ideo[2] censemus excepto[3] quod ueterum constitutiones a parroechiis habere iubent episcopos, ut alia illis que huc usque[4] presumpta sunt denegentur. Hoc est neque[5] in angariis presbiteri aut dyacones neque in aliquibus[6] fatigentur indictionibus ne uideamur in ecclesia Dei exactores[7] potius quam Dei pontifices nominari. Hii [114va] uero clerici tam uocales quam dyocesiani[8] qui se ab episcopo grauari[9] cognouerint querelas suas ad metropolitanum deferre non differant, ut metropolitanus non moretur[10] eiusmodi presumptiones auertere[11].

*C. Toledo III c 20 (var.); H 361a nearer M; M 457; ID 3.137; C 10 q 3 c 6*

---

[1] Vt - imponat (*in mg.* Z) cp. xx (ix B, *om.* DM) CNDBPZTOH; *om.* A
[2] ideo CNDBP; ideoque ZTOHA
[3] *corr. fr. or to* -epta H
[4] huc usque CNP?ZTOHA; usque huc B
[5] *after corr.* O
[6] aliquibus CNBZTOH; alibus A
[7] exact- CNPZTOHA; exauct- B
[8] *corr. fr.* -ini O
[9] -ari CRNBP; -are ZTOHA
[10] *corr. fr.* motropolitretur A
[11] auertere CRNPZTOHA; aduertere B

## 10

*Vt non liceat iudicibus seruos ecclesie angariis occupare*[1] *cp. xxi*[2]

Ecclesiarum seruos et episcoporum[3] uel omnium clericorum a iudicibus uel actoribus[4] publicis in diuersis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium a pietate gloriosissimi domini nostri poposcit ut tales[5] deinceps usus[6] inhibeat[7]. Sed serui suprascriptorum[8] officiorum in eorum usibus uel ecclesie laborent. Si qui uero iudicum aut[9] actorum[10] clericum aut seruum clerici uel ecclesie in publicis ac priuatis negociis occupare uoluerit, a communione ecclesiastica cui impedimentum facit efficiatur extraneus.

*C. Toledo III c 21; H 361a nearer M; M 457; ID 3.138; C 12 q 2 c 69*

---

[1] Vt - occup. *in mg.* Z
[2] xxi CLRNPZTOHA; *om.* DM; x B
[3] Eccl. - episc. *repeated* N
[4] act- LRXSNDBZTOHA; auct- CP
[5] tales CNBZTOH; quales A
[6] usus CNDBP; ausus ZTOHA
[7] *corr. fr.* inhabeat B; inhibeant P
[8] *obscure note ss* O
[9] aut C[2]LRXSWNBPZJTO[2]H; ut COA; uel DM
[10] actorum CLRX(*after corr.*)SWBPZTOHA; exactorum NDM

### 11

*Vt religiosorum corpora psallendo deducantur*[1] *cp. xxii*[2]

Qui diuina uocatione ab hac uita recedunt cum psalmis tantummodo et psallentium uocibus debere ad sepulchrum deferri. Nam funeris precamen[3] quod uulgo defunctis cantari solet uel pecoribus[4] se aut proximos aut familias cedere omnino prohibemus. Sufficiat autem[5] quod in spe resurrectonis Christianorum corporibus famulatus[6] diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim[7] nos apostolus sanctus lugere defunctos dicens, De dormientibus autem nolo uos contristari, sicut et ceteri qui spem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad huius uite erumpnas plorauit resuscitandum. Si enim potest hoc episcopus omnes Christianos prohibere[8], agere non moretur. Religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic[9] enim Christianorum per omnem mundum humari[10] oportet[11] corpora defunctorum.

*C. Toledo III c 22; H 361a var.; M 457-8; +C 13 q 2 c 28*

---

[1] Vt - ded. *in mg.* Z
[2] xxii CLRN?PZTOHA; *om.* DM; xi B
[3] precamen CLRBP?ZTOHA; precamur XSW; preconium ND
[4] pecoribus CRXSWBP; pectoribus C[2]LNDZTOHA
[5] autem CNBZTOQA; aut H
[6] -atus CLND; -atum RWBPZTJOHA; S *has been corr. from one to the other, unclearly;* in *add.* Z
[7] enim RXSWNDBPZTOHA(*ss*); *om.* CL
[8] *in mg.* O
[9] *corr. fr.* si CSZ
[10] -ari CNBZTOQA; -ani H
[11] *repeated and canc.* Z

### 12

*Vt in sanctorum nataliciis ballimathie prohibeantur*[1] *cp. xxiii*[2] [114vb]

Irreligiosa consuetudo est[3] quam uulgus per sanctorum solempnitates agere consueuit. Populi qui debent[4] officia diuina[5] attendere saltationibus turpibus inuigilant cantica non solum mala canentes, sed et religiosorum officiis perstrepentes. Hoc etenim ut ab omni Hyspania[6] depellatur[7] sacerdotum et iudicum[8] a concilio sancto cure committitur.

*C. Toledo III c 23; H 361a-b; M 458; ID 4.12b; De cons. D 3 c 2 var.*

---

[1] Vt - proh. *in mg.* Z
[2] xxiii CLRSNPTOHQA; xx WZ?; *om.* DM; xii B
[3] cons. est CNDBZTO; est cons. HQA
[4] -ent CDBPZTOHA; -eant N
[5] diuina CNDBZTOHQ; *om.* A
[6] *in mg.* D
[7] et *add.* B, *om.* CNDZTOHA
[8] *corr. fr.* -icium A

## A2. XXXVII [1]DE CONCILIO TOLETANO QVARTO

i. De hymnis etiam[2] canendis
[3]ii. De apocalypsi libro, ut teneatur et quando legatur
iii. Quod pernitiosa consuetudo nequaquam est reticenda
iiii. De conuersatione clericorum

---

[1] *title and capitulatio in* CLRXSWNDMBP; *om.* ZJTOHQA
[2] etiam CRXSWNDMP; *om.* BL
[3] *Whole title om.* DM

v. Quod maxime in sacerdotibus uitanda est errorum ignorantia
vi. De presbiteris parroechitanis dum ordinantur quod libellum officialem a sacerdote suo accipere debeant
vii. Qualiter presbiteri aut dyaconi per parroechias constituantur[4]
viii. Si episcopus, presbiter aut diaconus degradati[5] fuerint
viiii. Si episcopus uel quilibet ex ordine clericorum magos consuluerint
x. Quod sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negocia sua committunt
xi. De episcopo qui alterius episcopi dyocesim per triginta annos possederit
xii. Quod sicut dyocesim alienam trigennalis[6] possessio non tollit, ita territori[7] conuentum non adit[8]
xiii. Quod episcopum per dyoceses singulis annis ire oporteat
[9]xiiii. De episcopis qui suffragio aliquid ecclesiastice utilitatis[10] prouiderint
[11]xv. Quod nonnulli dyacones in tantam erumpunt superbiam ut se presbiteris preferant[12]
xvi. De professione monachi
xvii. De clericis qui monachorum propositum appetunt
[13]xviii. De Iudeis
xviiii. De Iudeorum filiis uel filiabus
xx. De Iudeis baptizatis[14]
xxi. De malorum consortiis
xxii. De Iudeis qui Christianas mulieres in coniugio habent
xxiii. Quod non potest erga homines esse fidelis[15] qui Deo extiterit impius
xxiiii. Vt Iudei officia publica non appetant
xxv. De eis qui de rebus suis pauperibus Christi nulla distribuunt [115ra]
[16]xxvi. De episcopis qui mancipium[17] ecclesie manumitti desiderant
[18]xxvii. De libertis ecclesie
[19]xxviii. De eodem
xxviiii. Item de eodem[20]
xxx. De his qui libertatem a dominis suis percipiunt[21]

---

4 -uantur CLRWDMB; -uuntur N
5 *after correction from ?* B
6 alienam trigennalis CLRXDBP; alienam triennalis SW; aligenam triennalis N; alienam tricen<n>alis D
7 -ori CRXSWN; -orii LDMBP
8 adit CLRXSNP; addit WB
9 *Whole title omitted* D
10 -atis C?LRWNP; -ati B
11 *Whole title om.* DM
12 pres. pref. CLRWNP; pref. pres. B[2]; *om.* B
13 *Whole title om.* DM
14 bapt. CLXSWND; *om.* RBP
15 fidelis CLSWM[2]B[2]P; fidel' RD; fideles XNM; *om.* B
16 *Whole title om.* DM
17 mancipium CLRWNB[2]P; manerium B
18 *Whole title om.* DM
19 *Whole title om.* DM
20 eodem CRWDMB; *om.* N
21 *corr. fr.* prec- B

## 1

### *Incipit*[1] *de concilio Toletano quarto xl. episcoporum, cui prefuit Ysidorus Hispalensis archiepiscopus. De hymnis etiam canendis*[2] *cp. xiii*[3]

---

1 Incipit CLWDBZTOHA; *om.* N

De hymnis canendis et Saluatoris et apostolorum habemus exemplum. Nam et ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur[4], Matheo euangelista testante, Et hymno dicto, exierunt in montem Olİueti. Et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit dicens[5], Implemini Spiritu, loquentes uobis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus. Et quia a nonnullis hymni[6] humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hii[7] quos beatissimi doctores Hylarius atque Ambrosius ediderunt. Quos tamen quidam specialiter reprobant pro eo quod de scripturis sanctorum canonum uel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo et illum hymnum[8] ab hominibus compositum quem cotidie publico priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus, Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto in secula seculorum, Amen. Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone uoluntatis et reliqua que ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur misse siue preces uel orationes siue commendationes seu manus impositiones[9]. ex quibus, si nulla decantetur in ecclesia uacant officia omnia[10] ecclesiastica. Admonet[11] hec fieri atque hortatur[12] Tymotheum apostolus dicens, Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postu [115rb] lationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro omnibus qui in sublimitatibus sunt. Sicut igitur orationes, ita et hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrum[13] ulterius improbet, sed pari modo in Gallia Hyspaniaque celebret.
*C. Toledo IV c 12; H 367a; M 468-9; De cons. D 1 c 54 var.*

---

[2] De - canendis CLNDBZTOH (ZTO *in mg.*); *om.* A
[3] xiii CLRXNZJTO; *om.* DMHQA; i B; iii P
[4] *corr. fr.* -hib- O
[5] scripsit dicens CNZTOHA; scribens ait B; scribit dicens P
[6] a nonnullis hymni CNPZTOHA; nullis hymnis B; ante nulli hymni B[2]
[7] hii CNPZTOHA; *om.* B
[8] illum hymnum CNBZJTO; hymnum illum HQA
[9] impositiones CNBZJOHA; imposiones T
[10] off. omn. (*corr. fr.* -cio P) CNPZTOHA; omn. off. B
[11] *corr. fr.* amonet A
[12] hortatur CNPZTOHA; exhortatur B
[13] nostrum CNPZJTOHQ; uestrum BA

## 2[1]

### *De apocalypsi libro ut teneatur et quando legatur[2] cp. xvii[3]*

Apocalypsim librum multorum conciliorum auctoritas et synodica sanctorum presulum Romanorum decreta Iohannis euangeliste esse rescribunt, et inter diuinos libros recipiendum constituerunt. Et quia plurimi sunt qui eius auctoritatem non recipiunt, eamque in ecclesia Dei predicare contempnunt, si quis eum deinceps aut non receperit aut a Pascha usque ad Pentecosten missarum tempore in ecclesia non predicauerit[4] excommunicationis sententiam habebit.
*C. Toledo IV c 16; H 367b; M 469; ID 4.220a mod.*

---

[1] *om.* DM
[2] De - legatur *in mg.* Z
[3] xvii CNPZTOHA; secundo B
[4] non pred. in eccl. *marked for reversal* B

## 3

### *Quod perniciosa consuetudo nequaquam est reticenda[1] cp. xix[2]*

---

[1] Quod - retic. (recitanda P) CNBPZ(*mg.*)TOA; De conuersatione clericorum (*cf c 4*) DM
[2] xix CNPZTOHA; *om.* DM; tercio B

Qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamie nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitentiam se[3] admisisse[4] confessi sunt, qui in heresim lapsi sunt, qui in heresi baptizati aut rebaptizati[5] esse noscuntur, qui semet ipsos absciderunt, aut naturaliter defecta membrorum decisione aliquid minus habere noscuntur, qui secunde uxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui uiduam uel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum[6] mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt,[7] qui seruili conditione obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophiti uel laici sunt, qui seculari militie dediti sunt, qui curie nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non acesserunt, qui ambitu honorem querunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdocium [115va] eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit quem nec clerus nec populus proprie ciuitatis elegit, uel auctoritas metropolitani uel comprouincialium sacerdotum assensio non[8] exquisiuit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem[9] sacerdotii[10] postulatus et in his que predicta sunt exquisitus in nullo horum deprehensus fuerit et examinatus probabili uita atque doctrina extiterit tunc secundum synodalia uel decretalia[11] constituta cum omnium clericorum uel ciuium uoluntate ab uniuersis comprouincialibus episcopis, aut certe[12] a tribus in sacerdotem die dominica consecrabitur coniuentibus[13] ceteris qui absentes sunt litteris suis, et magis auctoritate uel presentia eius qui est[14] metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra predicta uetita[15] canonum[16] ad sacerdotii gradum[17] indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti[18] honoris periculo subiacebit.
*C. Toledo IV c 18 (abbrev.); H 367-8; M 470; D 51 c 5*

---

[3] se CNDBP; *om.* ZTOHA
[4] adm- CNDPZTOQA; am- BH
[5] aut reb. CNPZTOHA; *om.* B
[6] -arum CNBJTO[2]HQ; -am OA
[7] -u- *ss* C
[8] non CNB; *om.* ZTOHA
[9] *corr. fr.* hord- N
[10] -otii CNBZJTA; -otum O
[11] -r- *ss* O; tunc sec. syn. uel dec. *in mg.* L[2]
[12] *corr. fr.* ? cepte B
[13] coniuentibus CLXSND; conuentibus RB; conuenientibus WP; cohibentibus ZOHQA; conhibentibus TJ
[14] in *add.* ZTOHA; *om.* CNBP
[15] uetita CDBZTOHA; uentita N
[16] canoum O
[17] sacerdotii gradum CLRXSN; sacerdotum gradum WBP; gradum sacerdotum ZTOHA
[18] *short erasure follows* O

## 4

### *De conuersatione clericorum[1] cp. xxiiii[2]*

Prona est omnis etas ab[3] adolescentia in malum. Nichil enim incertius quam uita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit ut si qui in clero pueri aut adolescentes[4] existunt, omnes in una conclaui atrii commorentur, ut lubrice etatis annos non in luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo[5] seniori, quem et magistrum doctrine et testem uite habeant. Quod si aliqui ex his

---

[1] De - cler. CNBZ(*mg.*)TOHA; Qualiter adolescentes et pueri a clero custodiantur D
[2] xxiiii CRPZTOHA; *om.* DM; quarto B
[3] *ss* Z
[4] *corr. fr.* -tis O
[5] probatissimo CNBJTOHQ; pro beatissimo ZA

pupilli existunt sacerdotali tutela foueantur, ut et uita eorum a criminibus intacta sit et res ab iniuria reproborum[6]. Qui autem his preceptis resultauerint[7], monasteriis deputentur, ut uagantes animi et superbi seueriori regula distringantur.
*C. Toledo IV c 23; H 368b; M 471; C 12 q 1 c 1 as AL 7.1, with second half added later*

---

[6] reproborum CLXSP; improborum RWNDBZTOHA
[7] -erint CRNDBH; -erit TZJOQA

**5**

*Quod maxime* [115vb] *in sacerdotibus uitanda est errorum*[1] *ignorantia*[2] *cp. xxv*[3]

Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei uitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt[4]. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet apostolus Paulus,[5] dicens ad Tymotheum: Intende lectioni, exhortationi. Doctores semper manere in his se sciant. Igitur sacerdotes scripturas sanctas et canones meditentur, ut omne opus eorum in predicatione et doctrina consistat atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina.
*C. Toledo IV c 24; H 368b; M 471-2; ID 5.202 as BD 1.100; D 38 c 1*

---

[1] errorum CNBZTOHQ; error A
[2] Quod - ign. *in mg.* Z
[3] xxv CNPZTOHA; *om.* DM; quinto B
[4] *corr. fr.* -erint C
[5] apost. Paulus CNDB; Paulus apost. ZTOHA

**6**[1]

*De presbiteris parroechitanis dum*[2] *ordinantur quod libellum officialem a sacerdote suo accipere debeant*[3] *cp. xxvi*[4]

Quando presbiteri in parroechiis ordinantur, libellum officialem[5] a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. ut quando ad letanias uel ad[6] concilium uenerint, rationem episcopo suo reddant qualiter susceptum officium[7] celebrent uel baptizent.
*C. Toledo IV c 25; H 368b; M 472; ID 3.129; IP 3.23 var.; +D 38 c 2 as here*

---

[1] *om.* DM
[2] dum CNBJTOQA; cum Z
[3] De - deb. *in mg.* Z
[4] xxvi CRNPZTOHA; vi B
[5] -ialem CNBZTOHQ; -iale A
[6] *ss* B
[7] susc. off. CRNPZTOHA; off. suum susc. B

**7**

*Qualiter presbiteri aut*[1] *dyaconi per parroechias constituantur*[2] *cp. xxvii*[3]

Quando[4] presbiteri aut[5] dyaconi per parroechias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut[6] caste et pure uiuant sub Dei timore ut dum eos tali professione obligauerit sanctam disciplinam retineant.
*C. Toledo IV c 26; H 368b; M 472; ID 3.130, 6.248; IP 3.22; +D 28 c 3 as AL 7.124*

---

[1] -t *ss* O
[2] Qualiter - const. *in mg.* Z
[3] xxvii CRNPZTOHA; *om.* DM; vii B
[4] *corr. to* Qualiter X
[5] au O
[6] ut CNDPZJTOQA; et BH

*Si episcopus[1], presbiter aut dyaconus degradati fuerint[2] cp. xxviii[3]*

Episcopus, presbiter aut dyaconus si a[4] gradu suo iniuste deiectus in secunda synodo innocens reperiatur non potest esse quod fuerat nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum. Si episcopus est orarium, anulum et baculum, si[5] presbiter[6] orarium et planetam, si dyaconus orarium et albam, si subdiaconus patenam et calicem, sic et reliqui[7] gradus ea in [116ra] reparationem sui recipiant que cum ordinarentur perceperant[8].

*C. Toledo IV c 27; H 368-9; M 472; ID 5.367; C 11 q 3 c 65 as BD 2.92, C. Mainz*

---

[1] aut *add.* DM
[2] Si - fuerint *in mg.* Z
[3] xxviii CWNPZTOHA; *om.* DM; viii B
[4] a CNDPZTOHA; in B
[5] si LRSWNDBPZTOHA; *om.* CX
[6] est *add.* LDM, *om.* CXSWNBPZTOHA
[7] re- *ss* O
[8] per- CRWNBZJTO[2]HQ; perceperunt DM; pre- OA

## 9

*Si episcopus uel quilibet ex ordine clericorum magos consuluerint[1] cp. xxix[2]*

Si quis episcopus[3] aut presbiter[4] siue dyaconus uel quilibet[5] ex ordine clericorum magos aut aruspices aut ariolos aut certe augures[6] uel sortilegos uel eos[7] qui profitentur artem aliquam uel aliquos[8] eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus ab honore dignitatis sue[9] depositus monasterii curam excipiat, ibique[10] perpetue penitentie[11] deditus scelus admissum sacrilegii soluat.

*C. Toledo IV c 28; H 369a; M 472; ID 11.5; IP 3.169, 8.64; C 26 q 5 c 5*

---

[1] Si - cons. *in mg.* Z; -uerint CRNDBZJTOHQ; -erint OA
[2] xxix CLRNPZTOHA; *om.* WDM; ix B
[3] quis ep. CWNDBP; ep. quis ZTOHA
[4] ep. aut pres.] pres. aut ep. X
[5] *corr. fr.* quelibet A
[6] *corr. fr.* autg- H
[7] uel *add. and canc.* O
[8] uel aliquos CLSWND; aut aliquos RBP; aut aliquis ZTOHA
[9] sue CNBZJH; *om.* TOQA
[10] ibique CDMBZTOHA; ubique N
[11] perpetue penitentie CNDB; perpetua penitentia ZTOHA

## 10

*Quod sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negocia sua committunt[1] cp. xxxi[2]*

Sepe principes contra quoslibet[3] maiestatis obnoxios sacerdotibus negocia sua committunt. Et quia sacerdotes a Christo ad ministerium[4] salutis[5] electi sunt ibi consentiant regibus fieri iudices ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non[6] ubi discriminis sententia[7] preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum et apud[8] ecclesiam perdat proprium gradum.

*C. Toledo IV c 30; H 369a; M 472; BD 2.149; ID 6.222; +C 23 q 8 c 29*

---

[1] Quod - comm. *in mg.* Z
[2] xxxi CLRWPZTOH; xxx NA; *om.* DM; x B
[3] pr. contra quosl. CNBZTOHQA; quosl. pr. contra H
[4] ministerium CNBJTOQA; nisterium Z
[5] -utis CNBZJTH; -uti OA
[6] non CNBZTOH; nisi A
[7] sententia CNBJTHQ; sententiam Z; sententi OA
[8] *add. and canc.* O

**11**

*De episcopo qui[1] alterius episcopi dyocesim per triginta annos possederit[2] cap. xxxiiii[3]*

Quicumque episcopus alterius episcopi dyocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis eius uidetur esse dyocesis, admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unam parroechiam, extra uero nullomodo, ne dum dyocesis defenditur prouinciarum termini confundantur.

*C. Toledo IV c 33; H 369b; M 473; ID 3.131, 5.175 as BD 1.67; IP 2.67; C 16 q 3 c 4*

---

[1] De episcopo qui CLRDMB; Quicumque episcopus NZTOHQA
[2] De - poss. *in mg.* Z
[3] xxxiiii CLRSWPZTOHA; xxxi N; *om.* DM; xi B

**12**

*Vt[1] sicut dyocesim alienam trigenalis possessio[2] tollit, ita territorii[3] conuentum non adit[4] cp. xxxv[5]*

Sicut dyocesim alienam trigenalis possessio tollit, ita territorii conuentum non admittit. Ideoque [116rb] basylice que noue condite fuerint[6] ad eum procul dubio episcopum pertinebunt cuius conuentus esse constiterit.

*C. Toledo IV c 34; H 369b; M 473; ID 3.212 as BD 3.147; IP 2.68; C 16 q 3 c 3 (first sentence only, text as IP), C 16 q 2 c 9 much modified*

---

[1] Quod DM
[2] non *add.* DMB[2], *om.* CLRSNBPZTOHA
[3] territorii CLXSWDB[2]ZTOHQA; interogatorii R; in territorii NBP[2]; in territorio P
[4] Vt - adit *in mg.* Z
[5] xxxv CLRPZTOHA; xxxii N; *om.* DM; xii B
[6] -erint CNBZTOHQ; -erunt A

**13**

*Quod episcopum per dyoceses[1] singulis annis ire[2] oporteat[3] cp. xxxvi[4]*

Episcopum per cunctas[5] dyoceses parroechiasque suas per singulos annos ire oportet ut exquirat quo[6] unaqueque basylica[7] in reparationem sui indiget. Quod si ipse aut languore[8] detentus aut aliis occupationibus[9] implicatus id[10] implere[11] nequiuerit, presbiteros probabiles aut dyacones mittat qui et redditus basylicarum et reparationes[12] et ministrantium[13] uitam inquirant.

*C. Toledo IV c 35; H 369b; M 473; +C 10 q 1 c 11*

---

[1] -eses CDBZTOA; -esim N
[2] annis ire CDBZTO(*corr. fr.* anis)HA; transire N
[3] Quod - oport. *in mg.* Z
[4] xxxvi CLRWPZTOHA; xxxiii N; *om.* DM; xiii B
[5] -tas CNBJTOHQA; -ta Z
[6] quo CWNDB; quid ZTOHA
[7] -li- *ss* B
[8] *corr. fr.* languo B
[9] *corr. fr.* plicationibus S[2]
[10] id CRBZTOHA; ad ND
[11] implere CRNDB; explere ZTOHA
[12] repar- CRNBZJTHQ; reperar- O; repationes A
[13] miministrantium C

**14[1]**

*De episcopis qui[2] suffragio[3] aliquid[4] ecclesiastice[5] utilitatis prouiderint[6] cp. xxxvii[7]*

---

[1] *om.* DM

Quicumque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid[8] ecclesiastice utilitatis prouiderint, et pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exsoluere[9] oportebit, ita ut id ad concilium comprouinciale deferatur ut eorum coniuentia[10] confirmetur. Quia sicut Paulus ait, Dignus est[11] operarius mercede sua.

*C. Toledo IV c 36; H 369b; M 473; C 12 q 2 c 66 var.*

---

[2] De episcopis qui CLRNBP; Quicumque episcopi ZTOHQA
[3] suffragio CBPZTOHA; suffragario N
[4] -quid CRB?PZTOHA; -quod N
[5] ecclesiastice CRNBP; ecclesie ZTOHA
[6] Quicumque - prou. *in mg.* Z
[7] xxxvii CLRPZTOHA?; *om.* W; xxxiiii N; xiiii B?
[8] -quid LRXSWPZTOHA; -quod CN; ? B
[9] -s- *ss* Z
[10] *corr. fr.* conu- B
[11] *ss* C

## 15[1]

### *Quod[2] nonnulli dyacones in tantam erumpunt superbiam ut se presbiteris preferant[3] xxxviii[4]*

Nonnulli dyacones in tantam erumpunt superbiam ut sese presbiteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare presumant, presbiteris[5] in secundo choro constitutis. Ergo ut sublimiores se presbiteros agnoscant tam hii quam illi in utroque choro consistant.

*C. Toledo IV c 38; H 369b; M 474; ID 6.297 from BD 2.222; +D 93 c 20*

---

[1] *om.* DM
[2] Quod CRNB; *om.* ZTOHA
[3] Nonnulli - pref. *in mg.* Z
[4] xxxviii CLWZOH; *om.* RXSPJTQA; xxxv N; xv ?B
[5] anteponant atque in primo – presb. *in mg.* T

## 16

### *De professione monachi[1] cp. xlviiii[2]*

Monachum aut paterna deuotio aut propria confessio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuerti[3] intercludimus[4] aditum, et omnes ad seculum interdicimus regressus.

*C. Toledo IV c 48; H 370a-b; M 475; ID 7.30 (cf BD 8.6); C 20 q 1 c 3*

---

[1] De - mon. *in mg.* Z; De mon. prof. S
[2] xlviiii CLRSWPZTOHA; xxxvi N; *om.* DM; xvi ?B
[3] reuerti CRNDPZTOHA; reuertendi B
[4] intercl- CRNDBZJTOA; inincl- H; interdic- Q

## 17

### *De clericis[1] qui monachorum propositum appetunt[2] cap. l[3]*

Clerici qui monachorum propositum appe [116va] tunt quia meliorem uitam sequi cupiunt liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

*C. Toledo IV c 49; H 370b; M 475; ID 6.371; C 19 q 1 c 1 to* ingressus

---

[1] *corr. fr.* ecclericis A
[2] De - appetunt *in mg.* Z
[3] l CRSWPZTOHA; xxxvii N; *om.* DM; xvii B

## 18

*De Iudeis[1] lvii[2]*

De Iudeis autem precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim uult Deus[3] miseretur, et quem uult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes ut integra sit forma iusticie. Sicut enim homo propria[4] arbitrii uoluntate serpenti[5] obediens periit, sic uocante se gratia Dei proprie mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non ui sed libera arbitrii facultate, ut conuertantur suadendi[6] sunt, non potius[7] impellendi[8]. Qui autem iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi[9] principis Sisebuti, quia iam[10] constat eos sacramentis diuinis associatos, et baptismi gratiam suscepisse et chrismate unctos esse et corporis Domini et sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem etiam quam ui uel necessitate susceperunt tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur[11], et fides quam susceperunt uilis ac contemptibilis habeatur.

*C. Toledo IV c 56; H 371a; M 476; ID 1.276 as BD 4.82, 13.94 (frg. only); IP 1.72; +D 45 c 5*

---

1 De Iudeis *in mg.* Z
2 lvii LRXSWPZTOHA; xxxviii N; *om.* DM; xviii B; ? C
3 Deus CBNDZJTO[2]HQ; *om.* OA
4 *corr. fr.* -rii Z; *ss* T
5 -enti CNPZTOHA; -ente B
6 suad- CDBZTOHA; saud- N
7 *corr. fr.* spont- O
8 impellendi CRNBPH; implendi ZTJOQA
9 -ssi- *ss* B; -li- *ss* O
10 iam CNPZTOHA; *om.* B
11 blasphemetur CNPZTOHA; blasphetur B

## 19

*De Iudeorum filiis uel filiabus[1] cp. lx[2]*

Iudeorum filios uel filias ne parentum ultra inuoluantur erroribus ab[3] eorum consortio separari decernimus deputatos aut monasteriis aut Christianis uiris ac mulieribus[4] Deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant atque in melius instituti tam[5] in moribus quam in fide proficiant.

*C. Toledo IV c 59; H 371b; M 477; ID 1.277 as BD 4.83; IP 1.73; +C 28 q 1 c 11*

---

1 De - filiabus CNBPZ(*mg.*)TOHA; De filiis Iudeorum DM
2 lx CLRXSWPZTHQ; xxxviiii N; *om.* DMA; xix B; ? O
3 *ss* C
4 *corr. fr.* -eris O
5 instituti tam CLNDZTOHQ; institutam RPW; constituti tam BA

## 20

*De Iudeis baptizatis[1] cp. lxi[2]*

Iudei baptizati si postea[3] preuaricantes in Christum qualibet pena dampnati extiterint a rebus eorum fideles [116vb] filios[4] excludi non oportebit. Quia scriptum est, Filius[5] non portabit iniquitatem patris.

*C. Toledo IV c 60; H 371b; M 477; +C 1 q 4 c 7*

---

1 De - bapt. *in mg.* Z
2 lxi CLRWPZJTHQ; xl N; *om.* DMA; xx B; ? O
3 *repeated and canc.* O
4 filios CNBZLTO[2]HQ; *om.* OA
5 *after corr.* B

## 21

*De malorum consortiis[1] cp. lxii[2]*

Sepe malorum consortia etiam[3] bonos corrumpunt, quantomagis eos[4] qui ad uicia[5] proni[6] sunt? Nulla igitur ultra communio sit Hebreis ad fidem Christianam translatis cum his qui adhuc in ueteri ritu consistunt, ne forte eorum participio subuertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non uitauerint et hii Christianis donentur et illi publicis cedibus deputentur.

*C. Toledo IV c 61; H 371b; M 477; ID 1.278 as BD 4.84; IP 1.74; +C 28 q 1 c 12*

---

[1] De - consortiis CLRSWNDBPT; De malorum (Iudeis O, Iudeorum A) consortiis que etiam bonos corrumpunt Z(*mg.*)JTOHQA
[2] lxii CLRWPZJTHQ; xli N; xxi B; *om.* DMA; ? O
[3] *over erasure* Z
[4] eos CND$^2$BZJTOQA; *om.* H
[5] uicia CNDBZJTHQ; iuicia OA
[6] pro *and lacuna* N

**22**

*De Iudeis qui Christianas mulieres in coniugio habent[1] cp. lxiii[2]*

Iudei qui Christianas mulieres in coniugio habent[3] admoneantur ab episcopo ciuitatis illius ut si cum eis permanere cupiunt Christiani efficiantur[4]. Quod si admoniti noluerint[5] separentur. Quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione que[6] iam in Christianam translata est fidem. Filii autem qui ex talibus nati existunt[7] fidem atque conditionem matris[8] sequantur[9]. Similiter et hii qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus uiris Christianam[10] sequantur religionem non Iudaicam superstitionem.

*C. Toledo IV c 62; H 371b; M 477; +C 28 q 1 c 10*

---

[1] De - habent *in mg.* Z
[2] lxiii CRWP$^2$ZTOHA; xlii N; *om.* DM; xxii B; xxiii P
[3] *corr. fr.* -tur O
[4] *corr. fr.* -iuntur H
[5] *corr. fr.* nolier- O
[6] que CNBZTOHQ; quia A
[7] consistunt M
[8] matris CLRBZTOHA; *om.* XSNDM
[9] matr. seq. *in cramped hand* C
[10] *corr. fr.* Schrist- Z

**23**

*Quod[1] non potest erga homines esse fidelis[2] qui Deo extiterit[3] impius[4] cp. lxiiii[5]*

Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidus[6]. Iudei ergo qui dudum Christiani effecti sunt et nunc in Christi fidem preuaricati sunt ad testimonium dicendum admitti non debent, quamuis esse se Christianos[7] annuntient. Quia sicut in Christi fide[8] suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur[9]. Infirmari oportet eorum testimonium[10] qui in fide falsi docentur. Nec eis esse credendum qui ueritatis a[11] se fidem abiecerunt[12].

---

[1] Quod CNDB; *om.* ZTOHQA
[2] homines esse fidelis CNDBZTOHQ; fidelis (*corr. fr.* fideles) esse homines A
[3] -ti- *ss* B; est N
[4] impius CRDBZTOHA; infidus N; Non - impius *in mg.* Z
[5] lxiiii CRWPZTOHA; xliii N; *om.* DM; xxiii B
[6] infidus CRNDPZTOHA; infidelis B
[7] Christianos CDBZTOHA; xipanos N
[8] Chr. fide CNPZTOHA; fide Chr. B
[9] -entur CDBZTOHA; -ent N
[10] *corr. fr.* -niom O
[11] a CNBZTOH; ad A
[12] Nec eis - abiec. CNBJTOHQA; *om.* Z

*C. Toledo IV c 63; H 371b; M 477; +C 2 q 7 c 24*

**24**

*Vt[1] Iudei officia[2] publica non appetant[3] cp. lxv[4]* [117ra]

Precipiente Domino atque excellentissimo Sisenando[5] rege id constituit sanctum concilium ut Iudei aut hii qui ex Iudeis sunt officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum sacerdotibus eorum surreptiones fraudulenter relictas suspendant et officia publica eos agere[6] non permittant. Si quis autem hoc permiserit, uelut in sacrilegum[7] excommunicatio proferatur, et is[8] qui surrepserit[9] publicis cedibus deputetur.

*C. Toledo IV c 64; H 371-2; M 477; ID 13.97 from* Hii qui ex Iudeis*; +C 17 q 4 c 31 from* constituit sanctum concilium

---

[1] Ne M
[2] *corr. fr.* ofi- B
[3] Vt - appetant *in mg.* Z
[4] lxv CRPZTOHA; xliiii N; *om.* DM; xxiiii B
[5] -ando LRXSNDBPZTOHA; -audo CW
[6] eos agere *corr. fr.* age B
[7] -egum CDBZTOHA; -egium N
[8] is CNDB(*ss*)PJOH; his ZQA
[9] surrepserit CRSNDBP; suppresserit ZJTOHQ(*over erasure*); sumpserit O[2]; presumpserit A

**25**

*De eis[1] qui de[2] rebus suis pauperibus Christi nulla distribuunt[3] cp. lxvii[4]*

Et[5] si illi[6] qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt eterni iudicis uoce in futuro condempnabuntur, quanto magis hii[7] qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Quapropter episcopi qui nichil ex suo proprio[8] ecclesie Christi compensauerunt hanc diuinam sententiam metuant et liberos ex famulis ecclesie ad condempnationem suam facere non presumant. Impium est enim ut qui res suas ecclesie Christi non contulerit dampnum inferat et ius ecclesie alienare contendat. Tales igitur libertos[9] successor episcopus[10] absque aliqua oppositione ad ius ecclesie reuocabit, quia eos non equitas sed improbitas absoluit.

*C. Toledo IV c 66; H 372a; M 478; C 12 q 2 c 39*

---

[1] eis CRSBPZTOA; his LWNDM; ? H
[2] de C[2]LRSDMBPZTHA; *om.* CXWNO
[3] -unt CNDBZJHQ; -untur TOA; De - dist. *in mg.* Z
[4] lxvii CRWPZTOHQA; xlv N; *om.* DM; xxv B
[5] Et CRNBZJTOHQ; Vt LA
[6] illi CRWNPZTOHA; hi B
[7] hii CNBZJTO[2]HQ; hiis OA
[8] suo proprio CSWNB; proprio suo ZTOHA
[9] libertos CNBZTOHQ; liberos A
[10] -opus CNBZTOH; -opi A

**26[1]**

*De episcopis qui mancipium ecclesie manumitti desiderant[2] cp. lxviii[3]*

Episcopus qui mancipium iuris ecclesie non retento ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat, duo meriti eiusdem et peculii[4] coram concilio ecclesie cui preminet per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata et iusta inueniatur diffinitio[5] commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine

---

[1] *om.* DM
[2] Et - desiderant *in mg.* Z
[3] lxviii CRWPZTOHA; xlvi N; xxvi B
[4] et pec. *over erasure and in mg.* Z
[5] inueniatur diffinitio *in small cramped hand* C; diffinitio *om.* L; RXS *as here*

patrocinio ecclesie concedere poterit, quia eum quem libertati tradere disponit iam iuri proprio acquisiuit[6]. Huiusmodi [117rb] autem liberto aduersus ecclesiam cuius iuris extitit accusandi uel testificandi denegetur licentia. Quod si presumpserit placet ut testante[7] commutatione in seruitutem proprie ecclesie reuocetur quam nocere[8] conatur.

*C. Toledo IV c 67; H 372a; M 478; ID 16.65 (*Liberto aduersus eccl. - *end), 3.237 as BD 3.176; C 12 q 2 c 58*

---

[6] acquiuit A
[7] testante RNBP; instante CL[2]; intestante XS; stante WLZTOHA
[8] nocere CRBZTOA; noscere N

## 27[1]

### *De libertis ecclesie[2] cp. lxx[3]*

Liberti ecclesie quia nunquam eorum moritur patrona a patrocinio eiusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum sicut priores canones decreuerunt ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat ipsaque posteritas[4] naturali ingenuitati[5] obnitens sese ab ecclesie patrocinio non subtrahat necesse est ut tam idem liberti quam ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam ex familia ecclesie liberos effectos se esse fateantur eiusque patrocinium non relinquant sed iuxta[6] uirtutem suam obsequium ei uel obedientiam prebeant.

*C. Toledo IV c 69; H 372a-b; M 478; ID 3.245 as BD 3.185; +C 12 q 2 c 65*

---

[1] *om.* DM
[2] De - eccl. *in mg.* Z
[3] lxx CRPZTOHA; xlvii N; xxvii B
[4] -s- *ss* A
[5] -ati CRNB; -ate ZTOHA
[6] iuxta CLNBZTHQ; iusta OA

## 28[1]

### *De eodem[2] cp. lxxi[3]*

Liberti ecclesie qui a patrocinio eius discedentes quibuslibet personis adheserunt si admoniti redire contempserint manumissio eorum irrita sit, quia per inobedientie contemptum[4] ingrati actione tenentur.

*C. Toledo IV c 70; H 372b; M 478; ID 3.244 as BD 3.184; C 12 q 2 c 61*

---

[1] *om.* DM
[2] De eodem CRNB; Item de libertis ecclesie TZJOHA
[3] lxxi CRPZTOHA; xlviii N; xxviii B
[4] contemptum CNBZTOHQ; contentum A

## 29

### *Item[1] de eodem[2] cp. lxxii[3]*

Liberti qui a[4] quibuscumque manumissi sunt atque[5] ecclesie patrocinio commendati existunt sicut regule antiquorum patrum[6] constituerunt[7] sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur siue in statu libertatis eorum seu in peculio[8] quod habere noscuntur.

---

[1] Item CNDBTZ(*mg.*)J(*mg.*)OQ; Idem H; *om.* A
[2] de eodem CRNDB; de libertis ecclesie TOHQ; de libertis *in mg.* ZJ; *om.* A
[3] lxxii CRPZJHQA; xlviiii N; *om.* DMT; xxix B; lxxiii O
[4] *ss* Z
[5] eci *add.* N
[6] *corr. fr.* -om O
[7] *corr. fr.* constituetur A
[8] -ulio CNBZTOHQ; -ulo A

*C. Toledo IV c 71; H 372b; M 478-9; ID 16.52; IP 2.83 var.; +D 87 c 8 as here*

**30**

*De his qui libertatem a dominis suis[1] percipiunt[2] cp. lxxiii[3]*

Quicumque libertatem a dominis suis ita[4] percipiunt[5] ut nullum[6] sibi in eis obsequium patronus retemptet[7] isti si[8] sine crimine sunt[9] ad clericatus ordinem[10] liberi suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui uero retento[11] obsequio manumissi sunt [117va] pro eo quod adhuc patroni seruitute[12] tenentur obnoxii nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi ne quando uoluerint eorum domini fiant ex clericis serui.

*C. Toledo IV c 72; H 372b; M 479; ID 6.126 as BD 2.25; IP 3.46; D 54 c 5*

---

[1] *om.* D
[2] percipiunt CRWNDZTOHA; accipiunt B; perceperint P. De - perc. *in mg.* Z
[3] lxxiii CLRWPZJTHQ; l N; *om.* DM; xxx B; lxxiiii OA
[4] *ss* M
[5] percipiunt CRNDBPZJHQ; perceperunt TOA
[6] sibi obsequium *add.* O(*later canc.*)A
[7] retemptet CLRXNDB; retentet SZTOHQA
[8] si CND[2]MBZJTOQA; *om.* DH
[9] *ss* A
[10] -inem CNBZTOHQ; -ine A
[11] retento CRWDBZTOHQ; recento N?; ret...nto A
[12] seru. pat. *marked for reversal* B

## A2. XXXVIII [1]DE CONCILIO TOLETANO SEPTIMO[2]

| | |
|---|---|
| i. | De stipendiis clericorum ne a iure alienentur ecclesie |
| ii. | De uiris ac feminis sacris propositum transgradientibus sacrum |
| iii. | Quod quibusdam penitentibus pristina reddantur coniugia |
| [3]iiii. | De professionibus et obedientia libertorum ecclesie |
| v. | Ne sine accusatore[4] legitimo[5] quispiam condempnetur |

---

[1] *title and capitulatio om.* ZJTOHQA; *in* CLRXSWNDMBP
[2] De conc. Tol. sept. CRWNDP; *om.* L; De - sept. capitula S; Cap. M; capitula incipiunt de conc. Tol. sept. B
[3] *Whole title om.* DM
[4] -ore CLXSWNB; -atione DM
[5] -ima DM –imo D[2]

**1**

*Incipit de concilio Toletano septimo[1]. De stipendiis[2] clericorum ne a iure alienentur ecclesie[3] cp. v[4]*

Sepe fit[5] ut proprietati[6] originis obsistat longinquitas temporis[7]. Quapropter prouidentes decernimus ut si[8] quis clericorum stipendium de rebus ecclesie cuiuscumque episcopi percipit largitate sub precarie[9] nomine debeat[10] professionem

---

[1] Incipit - septimo CLRWDBZTOHA; *om.* N
[2] stipendiis CNBZTOHQ; conciliis A
[3] De - eccl. *in mg.* Z
[4] v CLRNPZTOHQ; eccl. v *om.* W; v *om.* DM; i BA
[5] fit CNDBZLTO[2]HQ; *om.* OA
[6] -ati CNDZTOHA; -ate BP
[7] temporis CNBZTOHQ; temporibus A
[8] si CNDB; *om.* ZTOHA
[9] precarie CLRWNDPZJTHQ; precare B; precari est OA
[10] deb. nom. *marked for reversal* B

scribere, ne per retemptationem diuturnam iudicium afferat ecclesie. Et[11] quecumque in usu perceperit debeat utiliter laborare ut nec res diuini[12] iuris[13] uideantur aliqua occasione[14] negligi et subsidium ab ecclesia cui deseruiunt percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere ipse se stipendio suo uidebitur priuari.
*C. Toledo VI c 5; H 378a; M 489; ID 6.372; C 12 q 2 c 72*

---

[11] *om.* A
[12] *after corr.* O
[13] iuris CNBZJTHQ; curis O; uiris A
[14] *corr. ss fr.* cocone L[2]

### 2

*De uiris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum[1] cp. vi[2]*

Procliuis cursus est ad uoluptatem et imitatrix natura uiciorum. Quam ob rem quisquis uirorum uel mulierum habitum semel induerint uel induerunt spontanee religiosum[3], aut si uir deditus[4] ecclesie uel femina fuerit aut[5] fuit delegata puellarum monasterio in utroque sexu preuaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur ut uir detondeatur[6] et puella ad monasterium regrediatur[7]. Si autem [117vb] quolibet[8] patrocinio desertores permanere uoluerint sacerdotali sententia ita a Christianorum cetu habeantur[9] extorres ut nec locus eis ullus sit communionis[10]. Vidue quoque sicut iam dudum uniuersalis statuit synodus professionum[11] uel habitus sui desertrices superiori sententia condempnentur.
*C. Toledo VI c 6; H 378a; M 489; ID 7.35 as BD 8.14; C 20 q 3 c 2*

---

[1] sacris (*om.* O) propositum transg. sacrum (sacr. transg. RWPB) LRWNDBPZTOHA; sasitum sacrum transg. C
[2] vi CLRSNPZTOHA; *om.* WDM; ii B
[3] -osum CDBZTOHA; -osorum N
[4] *partially obscured* N
[5] *after corr.* Z; *corr. fr.* au O
[6] *after corr.* O
[7] regred- CNBZTOHQ[2]; redigatur Q; ingred- A
[8] -t *ss* O; -et *om.* A
[9] -eantur CLRWNB[2]PZJTO[2]HQ; -eatur BOA
[10] communionis CLRSNB; communis ZJTOHQ; criminis A
[11] -ionum CLRSWNB; -ionem ZJTOHQA

### 3

*Quod quibusdam penitentibus pristina reddantur[1] coniugia cp. viii[2]*

[5]iii. Vt nullus episcopus pro ordinatione munus accipiat
[6]iiii. Ne pro balsalmo quod per ecclesias datur aliquid exigatur
v. Episcopos ad ecclesias consecrandas a fidelibus inuitatos aliquod munus a fundatore requirere non debere
[7]vi. De basylicis non pro deuotione fidei sed pro questu edificatis
vii. Pro baptismo nichil accipiendum nisi [122ra] uoluntarie sit oblatum

[1] *title and capitulatio om.* NZTOGHQA; *in* CLRXSW[DM]BP
[2] incipiunt capitula *add.* B, *om.* CLRWDP; sec. *om.* X; De – sec. *om.* M
[3] -opum CRSWBM; -opos LXP?
[4] -tes CLXSWP; -tem RDB
[5] *Whole title om.* DM
[6] *Whole title om.* DM
[7] *Whole title om.* DM

[8]viii. De accusatoribus clericorum
[9]viiii. De tempore paschali a metropolitano nuntiando et de letaniis celebrandis

[8] *Whole title om.* DM
[9] *Whole title om.* DM

## 1

*Incipit[1] de concilio Bracarensi secundo.Episcopos per dyoceses ambulantes primum clericos discutere debere, et postea plebi predicare[2] cp. i[3]*

Placuit omnibus episcopis atque conuenit[4] ut per singulas ecclesias episcopi[5] et per dyoceses[6] ambulantes primum discutiant clericos quomodo ordinem baptismi teneant uel missarum et qualiter[7] quecumque[8] officia in ecclesia peragant. Et si recte quidem inuenerint, Deo gratias. Sin autem minime, docere debent ignaros. Et hoc modis omnibus precipere sicut antiqui canones iubent, ut ante dies uiginti baptismi ad purgationem exorcismi cathecumini[9] currant[10]. In quibus uiginti diebus omnino cathecumini symbolum[11], quod est Credo in Deum Patrem omnipotentem specialiter[12] doceantur. Postquam ergo hec suos clericos discusserint uel docuerint episcopi, alia die conuocata plebe ipsius ecclesie doceant illos ut errores fugiant idolorum uel diuersa crimina, id est homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium et reliqua peccata mortifera[13], et quod nolunt sibi fieri alteri non faciant, et ut credant resurrectionem omnium hominum et diem iudicii, in quo unusquisque secundum sua opera[14] recepturus sit. Et sic postea episcopus[15] de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.
*C. Braga II c 1; H 425a; M 573-4; cf ID 1.203 as BD 4.8, 5.191 (pt 1 only, as BD 1.85); IP 1.39 (*Ante uiginti dies - spiritualiter doceantur*) +C 10 q 1 c 12, De cons. D 4 c 55 as IP 1.39*

[1] Incipit CRSWDMBPZJ; *om.* NTOGHQA
[2] Episcopos - predicare CRSWNDM(*with end as initials only*)B; *om.* ZJTOGHQA
[3] cp. i *om.* M
[4] *corr. fr.* conc- G
[5] atque conuenit ut - episcopi *in mg.* H
[6] dic- G
[7] et qualiter CNBZJTOG; equaliter HQA
[8] que *in mg.* Z
[9] -i *ss* O
[10] currant RWBPZTOGHQA; occurrant CL; concurrant XSNDM
[11] symbolum CRSNB; simbolo ZTOGHQA
[12] specialiter CNPZTOGHQA; spiritualiter B
[13] -fera CDBZTOGHA; -ifica N
[14] sua opera CNZTOHA; opera sua BPG
[15] *om.* G

## 2

*Episcopum per dyoceses ambulantem[1] plusquam duos solidos ab unaquaque ecclesia accipere non debere[2] cp. ii[3]*

Placuit ut nullus episcoporum per suas dioceses ambulans preter honorem cathedre sue, id est solidos duos [122rb] aliquid aliud[4] per ecclesias tollat. Neque terciam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parroechialibus requirat. Sed illa tercia pars pro luminaribus ecclesie uel[5] recuperatione[6] seruetur et singulis annis episcopo inde ratio fiat. Nam si terciam partem illam episcopus tollat, lumen et sacra

[1] -antem CLRWDBP; -ante N
[2] Episcopum - debere CLRWNBP; *om.* ZTOGHQA
[3] cp. ii NBZ[2]TOHA; *om.* LRXSWDMPZ(*before corr.*)
[4] aliquid aliud CRWNPZTOGHA; aliud aliquid B
[5] pro *add.* H, *om.* CNBZTOGQA
[6] *corr. fr.* -par- O

tecta abstulit ecclesie. Similiter et ut[7] parroechiales[8] clerici seruili more[9] in aliquibus operibus episcopi seruire non cogantur, quia scriptum est[10], Neque ut dominantes in clero.

*C. Braga II c 2; H 425a-b; M 574; C 10 q 3 c 1*

---

[7] ut RSNDBPZTOGHQA; *om.* CLW
[8] parroechiales CRDBZTOGHA; parrochias N
[9] mortem H?
[10] *repeated* N

**3**[1]

*Vt nullus episcopus pro ordinatione munus accipiat*[2] *cp. iii*[3]

Placuit ut de ordinatione clericorum episcopi munera nulla suscipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei et impositio manuum uenundetur quia[4] antiqua definitio[5] patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens, Anathema sit danti et accipienti. Propterea quia aliquanti multis sceleribus obruti[6] sancto altario indigne ministrantes non hoc testimonio bonorum operum[7] sed[8] profusione munerum obtinent oportet ergo non per gratiam munerum sed per diligentem[9] prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

*C. Braga II c 3; H 425b; M 574; ID 5.128; +C 1 q 1 c 22*

---

[1] *om.* DM
[2] Vt - accipiat CRWNB; *om.* ZTOGHA
[3] cp. iii LNBTOHA; *om.* RXSWP; ? C
[4] *corr. fr.* quid H
[5] def- CLXSZJ[2]TOGA; diff- RWNBPHQ; definio J
[6] obruti CNBZJHQ; *om.* TOGA
[7] testimonio bon. operum CRNB; testimonium bon. actuum ZTOGHA
[8] sed CNBZTOGH; *om.* A
[9] -ente A

**4**[1]

*Ne pro balsamo quod per ecclesias datur aliquid exigatur*[2] *cp. iiii*[3]

Placuit ut modicum balsami[4] quod benedictum pro[5] baptismi sacramento per ecclesias datur quia singuli tremissos[6] pro ipso[7] exigi solent nichil[8] ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per inuocationem Sancti Spiritus consecratur[9] sicut Symon magus donum Dei pecunia uoluit emere[10] ita nos uenundantes dampnabiliter uenundemur.

*C. Braga II c 4; H 425b; M 574; C 1 q 1 c 102 var.*

---

[1] *om.* DM
[2] Ne - exigatur CRWNB; *om.* ZTOGHA
[3] iiii NBZTO?GHQ; *om.* CLRXSWP; viii A
[4] -ami LRWBPZJTOGHQA; -amum CXSN
[5] pro CNBZTOGQA; per H
[6] tremissos CNBZJTOG; tres missas HQA
[7] *corr. fr.* -os O
[8] nichil CNBZTOGH; *om.* A
[9] -atur CSNB; -atus ZTOHA
[10] uol. em.] em. uol. G

**5**

*Episcopos ad ecclesias consecrandas a fidelibus inuitatos aliquod munus a fundatore requirere non debere*[1] [122va]

---

[1] Episcopos - debere CRSWNDB; *om.* ZTOGHA. cp. v *add.* NBZTOGHQ, *om.* LRXSWDMA

Placuit ut quotiens[2] ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi[3] inuitantur[4], non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant, sed si ipse[5] quidem aliquid ex suo uoto obtulerit[6], non respuatur. Si uero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nichil exigatur ab illo. Ac tantum unusquisque episcoporum meminerit ut non prius dedicet ecclesiam[7], nisi antea dotem basylice et obsequium ipsius[8] per donationem cartule confirmatum accipiat. Nam non[9] leuis est[10] ista temeritas sine luminariis uel sine substantiali sustentatione[11] eorum qui ibidem seruituri sunt tanquam domus priuata consecretur ecclesia.
*C. Braga II c 5; H 425b; M 574; ID 3.42 var. as BD 3.37; C 1 q 2 c 1*

---

[2] cumque *add.* M
[3] ep. eccl. *later reversed* G
[4] inuitantur CNBZTOGHQ; mutantur A
[5] i- *ss* O
[6] -erit RSNBH; -eret C?; -erint ZJTOQA
[7] ut non prius ded. eccl. *in mg.* Z
[8] perpsius G
[9] *in mg.* H
[10] leuis *after corr.*, est *ss* O
[11] substentatione G

## 6[1]

*De basylicis non pro deuotione fidei sed pro questu edificatis[2] cp. vi[3]*

Placuit si quis basylicam non pro deuotione fidei sed pro questu cupiditatis edificat, ut quicquid ibi de oblatione populi[4] colligitur medium cum clericis diuidat, eo quod basylicam in terra sua questus causa condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero obseruari[5] debet ut nullus episcoporum tam abhominabili uoto[6] consentiat, nec[7] basylicam que non pro sanctorum patrocinio sed magis sub tributaria[8] conditione est condita audeat consecrare.
*C. Braga II c 6; H 425b; M 574; De cons. D 1 c 10*

---

[1] *om.* DM
[2] De - edificatis (*corr. fr.* –antes C) CLRWNB; *om.* ZTOGHA
[3] cp. vi NBTZOHA; *om.* LRXSWP; ? C
[4] *corr. fr.* Domini O
[5] -ari CNBZJTOG; -are HQA
[6] *corr. fr.* modo O
[7] *corr. fr.* ne C
[8] -t- *ss* G

## 7

*Pro baptismo nichil accipiendum nisi quod[1] uoluntarie[2] sit oblatum[3] cp. vii[4]*

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc precipiat, ut hii qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid uoluntarie pro suo offerunt uoto suscipiatur ab eis. Si uero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant nullum illis pignus uiolenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes filios a baptismo retrahunt, qui forte dum differunt si sine gratia baptismi de hac uita recesserint [122vb] necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes a[5] baptismi[6] gratia se retraxerunt.
*C. Braga II c 7; H 425-6; M 575; C 1 q 1 c 103*

---

[1] quod RXSWNBP; *om.* CLD
[2] uoluntarie CLRXSNBP; uoluntate W
[3] Pro - oblatum CRSWNDB; *om.* ZTOGHA
[4] cp. vii NBTZOA; *om.* LRXSWP; ? C
[5] *corr. fr.* ad G
[6] -mu O

**8**[1]

*De accusatoribus clericorum*[2]

Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione[3] fornicationis impetit, secundum preceptum Pauli apostoli duo uel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit datis testimoniis approbari quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

*C. Braga II c 8; H 426a; M 575; ID 6.276 as BD 2.202; IP 4.97 var.; C 2 q 4 c 1*

---

1 *In* N *after 2.35 above*
2 De - clericorum CRNDB; *om.* ZTOGHA. cp. viii *add.* BZTOGHA, *om.* LRXSWNDNP; ? C
3 -ione RXSWNBPZTOGHA; -ionem CLD

**9**[1]

*De tempore paschali a metropolitano nuntiando*[2] *et de letaniis celebrandis*[3]

Placuit ut postquam omnia in consilio[4] sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obseruetur ut superuenturum ipsius anni Pascha quo kalendarum die uel quota luna debet suscipi a metropolitano episcopo nuntietur. Quod ceteri episcopi uel[5] reliquus clerus[6] breuiculo subnotantes unusquisque in sua ecclesia adueniente Natalis Domini die astante populo post lectionem euangelicam nuntiet. In cuius principio conuenientes in unum uicine[7] ecclesie per triduum cum psalmis per sanctorum basylicas ambulantes celebrent letanias. Tercio[8] autem die celebratis hora nona[9] siue decima[10] missis dimisso[11] populo precipiant quadragesime seruare[12] ieiunia, et mediante quadragesima ex diebus uiginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

*C. Braga II c 9; H 426a; M 575; De cons. D 3 c 25 to* lectionem populo annuncient *only and var.*

N *at pp. 270-2 here inserts Trip. B. 20.37-58, 36, 35 with no break of hand or layout (i.e. taken from part of Trip B after the end of* N*'s apparent archetype*).

---

1 *om.* DM
2 annuntiando W
3 De - celebrandis CSNBP; *om.* ZTOGHA. cp. viiii *add.* BZTOGHA; cp. viii *add.* N, *om.* CLRXSWP
4 consilio CLXSNZJTOGHA; concilio RWBPQ
5 *erased letter follows in* Z
6 clerus CNBZTOGHQ; clericus A
7 -ine CNBZTOGQA; -ini H
8 -cio CBZTOGA; -tia N
9 hora nona] nona hora G
10 decima CNBZT; decem OGHA; x Q
11 dimisso CRNB; demisso ZTOGHQ; demissio A
12 seruare CRNBZTOGH; obseruare Q; seruire A

## A2. XLVII [1]DE[2] CONCILIO[3] MARTINI PAPE[4]

| | |
|---|---|
| [5]i. | De electione episcopi |
| ii | De ordinatione[6] episcopi |
| iii. | De euacuanda[7] ordinatione que absente metropolitano fuerit facta |
| iiii. | De primatu metropolitani |

---

1 *title and capitulatio om.* ZJTOGHQA; *in* CLRSWN[DM]BP
2 De CLWND; Ex BP
3 *corr. fr.* cosilio X
4 incipiunt capitula *add. here* B, incipit cap. *add. before* De S, *om.* CLXWNDMP; De - pape. *om.* R
5 *Whole title om.* DM
6 N *obscure*
7 euacuanda CLRWNP; uacuanda B

[8]v. De his qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire uolunt
[9]vi. De non uitanda parroechia [123ra]
[10]vii. De presumptione aliene dyocesis
[11]viii De non constituendo episcopo successore
[12]viiii. De irruptione uagantis ecclesie
x. De episcopo per necessitatem uagante[13]
[14]xi. De contemptore episcopo
xii. De seditioso episcopo
[15]xiii. De dissensione iudicii
xiiii. De presumptione episcopi in rebus ecclesie
[16]xv. De rebus ecclesiasticis gubernandis
xvi. De rebus ecclesie dispensandis
[17]xvii. De his qui de ministerio ecclesie aliquid uendiderint
xviii. De synodo facienda[18]
[19]xviiii. De episcopo qui noluerit uenire ad synodum
xx. De legitima etate ordinandi presbiteri
xxi. De eunuchis qui ab aliis fiunt uel qui sibi naturalia abscidunt
[20]xxii. De neophitis
xxiii. De penitente non admittendo ad clerum
xxiiii. De his qui sine discussione aut presbiteri aut diacones ordinati sunt[21]
xxv. De presbiteris et diaconibus qui post ordinationem denotantur
xxvi. De his qui uiduas aut dimissas ducunt aut in malis consiliis mixti sunt
xxvii. De fornicatoribus clericis
xxviii. De his quorum[22] uxores mechantur
xxviiii. De uiduis clericorum
xxx. De filia episcopi uel presbiteri que deuota fuerit et peccauerit
[23]xxxi. De[24] deuota peccante que se maritauerit
xxxii. De subintroductis adoptiuis mulieribus[25]
[26]xxiii. De non recipiendis clericis uagis et de infirmanda ordinatione eius qui sine consensu episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est
xxxiiii. De clericis desertoribus
xxxv. De importunis clericis
xxxvi. De purganda opinione heresis[27]

---

[8] *Whole title om.* DM
[9] *Whole title om.* DM
[10] *Whole title om.* DM
[11] *Whole title om.* DM
[12] *Whole title om.* DM
[13] -ante CL$^2$RWNDMP; -antem B
[14] *Whole title om.* DM
[15] *Whole title om.* DM
[16] *Whole title om.* DM
[17] *Whole title om.* DM
[18] -ienda CLRWDB; -iendo N
[19] *Whole title om.* DM
[20] *Whole title om.* DM
[21] ordinati sunt CLRWDMP; ordinandi sunt N; ordinantur B
[22] qui M
[23] *Whole title om.* DM
[24] De CLRWB; *om.* N
[25] sub. ad. mul.] sub.(*after corr.*) mul. ad. M
[26] *Whole title om.* DM

| | |
|---|---|
| xxxvii. | De clericis excommunicatis |
| [28]xxxviii. | De presbiteris ut in secundis nuptiis non uadant |
| xxxviiii. | De his qui ad diaconium[29] eliguntur |
| [30]xl. | Non licere diaconum ante presbiterum sedere |
| [31]xli. | Vasa dominica non nisi a subdiaconis[32] tangenda |
| [33]xlii. | Ne mulieres in secretorium[34] ingrediantur |
| [35]xliii. | De lectore qui uiduam alterius acceperit |
| xliiii. | De subdiacono secundam uxorem ducente |
| xlv. | Non licere in pulpito nisi lectores psal [123rb] lere aut legere |
| xlvi. | De his qui seruili conditione obligantur |
| xlvii. | De eo qui seruum docuerit ut contempnat dominum suum |
| xlviii. | Non licere in quadragesima natales martyrum uel[36] nuptias celebrari[37] |
| [38]xlviiii. | De tempore baptizandorum |
| l[39]. | Non licere quinta feria ante Pascha ieiunium soluere |
| li. | Omni tempore episcopum chrisma posse conficere |
| lii. | Presbiterum episcopo presente nisi ipso iubente infantes non debere signare |
| liii. | Ne presbiter in baptisterium episcopum precedat |
| [40]liiii. | Mulierem pregnantem baptismi gratiam posse percipere |
| [41]lv. | Quid in sanctuario offerendum sit |
| lvi. | De forasticis presbiteris |
| lvii. | Ne presbiter die dominica causa religionis ieiunet et ne a Pascha usque ad[42] quinquagesimam[43] se[44] in oratione prostret[45] |
| [46]lviii. | De abstinentibus |
| lviiii. | Ne clerici in nuptiis uel[47] in[48] conuiuiis aliqua spectacula cernant |
| [49]lx. | Ne clerici incantatores sint |
| [50]lxi. | Non licere clericis conuiuia facere |
| lxii. | De feneratoribus |
| [51]lxiii. | De clericis qui matutinis uel uespertinis horis ad ecclesiam non conueniunt |

---

[27] heresis CRXWDMB; hresis L; heredis N
[28] *whole title om.* DM
[29] diaconium CLRWDM[2]; diaconum XNM; diaconatum BP
[30] *Whole title om.* DM
[31] *Whole title om.* DM
[32] -onis RXWNBP; -onibus CL
[33] *Whole title om.* DM
[34] -orium LRWNBP; -arium CX
[35] *Whole title om.* DM
[36] uel CLRWDB; aut N
[37] -ari CLRWDB; -are N
[38] *Whole title om.* DM
[39] xl N (*without disturbing other nos.*)
[40] *Whole title om.* DM
[41] *Whole title om.* DM
[42] ad CLSNBP; in DM
[43] *corr. fr.* quadrag- P
[44] *ss* B
[45] -stret CRNB; -sternat LSP; -sternet XS[2]DM; non prosternat P[2]
[46] *whole title om.* DM
[47] uel CLRWDB; aut N
[48] in CLRSNDB; *om.* XM
[49] *Whole title om.* DM
[50] *Whole title om.* DM
[51] *Whole title om.* DM

| | |
|---|---|
| lxiiii. | Clericum die dominico[52] ab ecclesia deesse non debere |
| lxv. | Ne clerici uel laici religiosi ante horam diei terciam conuiuentur[53] |
| lxvi. | Ne clerici comam nutriant |
| lxvii. | Vt nulle scripture nisi canonice in ecclesia legantur |
| lxviii. | Sacramenta nusquam distribuenda nisi in ecclesia aut in[54] basylica[55] ubi sunt martyrum reliquie |
| lxviii. | Ne Christiani ad mortuorum sepulchra prandia deferant |
| lxx. | Ne clerici uel laici ab hereticis[56] eulogias accipiant |
| lxxi. | De his qui sortilegos in domum suam introducunt |
| lxxii[57]. | Ne Christiani gentilium tradiciones teneant |
| [58]lxxiii. | Ne Christiani diem kalendarum agant |
| lxxiiii. | De collectionibus herbarum |
| [59]lxxv. | De feminis Christianis ne in lanificiis uanitatem obseruent |
| [60]lxxvi. | De adulteris[61] |
| lxxvii. | De mulieribus qui fornicate fuerint [123va] et natos suos occiderint |
| lxxviii. | De his qui[62] homicidium uoluntate[63] aut non uoluntate[64] fecerint |
| lxxviiii. | De incestis[65] coniunctionibus |
| [66]lxxx. | De his qui multis copulantur nuptiis |
| lxxxi. | De his qui cum animalibus commixtione peccant[67] |
| lxxxii. | Nulli morienti uiaticum denegandum |
| [68]lxxxiii. | De his qui in ecclesia[69] sacras scripturas audiunt et pro luxuria sua a sacramenti communione se auertunt |
| [70]lxxxiiii. | De his qui excommunicatis[71] communicauerint |

[52] -ico CLRXNP; -ica SDMB
[53] -entur CL[2]RWNB; -antur LDM; conuenentur P
[54] in CLRSNDB; *om.* M
[55] -ica CLRWNB; -icis DM
[56] literas *add. and canc.* B
[57] *Nos. 72-3 reversed* N
[58] *Whole title om.* DM
[59] *Whole title om.* DM
[60] *Whole title om.* M (*not* D)
[61] *corr. fr.* alul- N
[62] ad *add.* D, *om.* CLRWNMB
[63] -ate CLRSND[2]B; -arie DM
[64] *corr. to* –arie M
[65] incestis CLRWDMB; incertis N
[66] *Whole title om.* DM
[67] -ant C[2]LRSWNDMP; -ent CX; ? B
[68] *Whole title om.* DM
[69] -esia CLRWNP; -esias B
[70] *Whole title om.* DM
[71] -co- *ss* N

## **1**[1]

### *Ex[2] concilio Martini pape. De electione episcopi[3]*

Non licet[4] populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium prouocantur sed iudicium sit episcoporum ut ipsi eum qui ordinandus est probent si in[5] sermone et[6] fide et in spirituali uita edoctus sit.

[1] *om.* DM
[2] *After corr.* W
[3] De - ep. *in mg.* Z; cp.i *add.* NZTOGHA, *om.* CLRWP, ? B
[4] licet CNZTOGHA; licere BP
[5] i- *ss* O

*Can. Mar. c 1; H 428a; M 577; BD 1.10; ID 5.64; D 63 c 8*

[6] in *add.* B, *om.* CWNPZTOGHA

## 2

### [1]*De ordinatione episcopi*[2]

Episcopum[3] oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc aut pro necessitate aut pro longinquitate itineris[4] difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur et omnium presentium uel absentium[5] subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat[6]. Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertinet episcopum.

*Can. Mar. c 2; H 428a; M 577-8; +D 64 c 7*

[1] Ex conc. Martini pape *add.* DM (*cf c.1*)
[2] cp. ii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMP, ? B
[3] *corr. fr.* Spiritum Z
[4] -in- *ss* O
[5] uel absentium CWNPZTOGHA; *om.* B
[6] *long lacuna follows in* W

## 3

### *De euacuanda ordinatione que absente metropolitano fuerit facta iii*[1]

Non[2] debet ordinari[3] episcopus absque consilio et prescientia[4] metropolitani episcopi. Adesse autem[5] oportet omnes qui sunt in prouincia sacerdotes[6], quos per suam debet epistolam metropolitanus[7] conuocare. Et quidem si omnes occurrerint, bene[8]. Si autem hoc difficile fuerit, pluriores oportet occurrere. Qui autem non conuenerint[9] presentiam sui per epistolas suas[10] faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter preter quod a nobis terminatum[11] est [123vb] fuerit factum[12], talem ordinationem nichil preualere[13] decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta[14] et[15] aliquis cum sua malitia in aliquo contradixerit[16] plurimorum consensus obtineat.

*Can. Mar. c 3; H 428a; M 578-9; +D 65 c 2*

[1] iii NBZTOGA?; *om.* WMP; ? C
[2] Con O
[3] -na- *ss* B
[4] prescientia CLXSWND; presentia RBZTOGHA; ? P
[5] autem CDBZTOGHA; aut N
[6] -ote A
[7] metropolitanus CRSNB; *om.* ZTOGHA
[8] bone A
[9] -int CNBHQ; -it TJOGA; uenerit Z
[10] ep. suas CNBH; suas ep. TZJOGQA
[11] *corr. fr.* ordinatum Q[2]*mg.*
[12] fuerit factum CNBZTOGH; fieri factum Q; factum fuerit A
[13] pre- *ss* B
[14] facta fuerit *later reversed* A
[15] *ss* H
[16] contradixerit CRNBH[2]Q; condixerit TZJOA; contraduxerit H

## 4

### *De primatu*[1] *metropolitani*[2]

Per singulas prouincias oportet episcopos cognoscere metropolitanum episcopum et ipsum primatus curam[3] suscipere. Nichil autem agere reliquos episcopos preter eum,

[1] primatu CNBZTOGH; primi A
[2] iiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter quod et metropolitanus episcopus nichil presumptiue[4] assumat absque consilio ceterorum.
*Can. Mar. c 4; H 428a; M 579; C 9 q 3 c 1*

---

[3] prim. curam RXSWNBPZTOGHA; curam (*ss*) prim. C; cura (*ss*) prim. L
[4] presumptiue RWNDBPZTOGHA; presumptione CXS; presuptiue L

## 5[1]

### *De his qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire uolunt[2]*

Si quis in parte alicuius fuerit[3] ambitiosior[4] inuentus, siue episcopus siue presbiter uel dyaconus de inferiori[5] ciuitate non transeat ad maiorem[6]. Quod si quis contra hec magni concilii constituta importunus extiterit, omnimodo euacuetur huiusmodi factum et sue iterum restauretur ecclesie cui episcopus aut presbiter aut diaconus prius fuerat constitutus.
*Can. Mar. c 5; H 428a; M 579*

---

[1] *om.* DM
[2] v *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWP
[3] *ss before* alic. Q
[4] fuerit amb. CRBZTOGHA; amb. fuerit N
[5] -ori *ss* O
[6] non tr. ad mai. CNPZTOGHA; ad mai. non tr. B

## 6[1]

### *De non uitanda[2] parroechia[3]*

Episcopum a[4] propria parrochia[5] non liceat transire in aliam neque sua sponte introire neque inuitatum[6] neque ab episcopo coactum[7], sed permaneat in loco in quo a Deo est ordinatus et in ea quam sortiuit ecclesia secundum antiquum canonem constitutum.
*Can. Mar. c 6 ; H 428a; M 579*

---

[1] *om.* DM
[2] uitanda CRSWNP; mutanda ZTOGHA; ? B
[3] vi *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWP
[4] autem X
[5] parrochia $C^2$LRWBPZTOGHA; *om.* CXN; *after* liceat S
[6] -um CRNB; -us ZTOGHA
[7] -um CRNB; -us ZTOGHA

## 7[1]

### *De presumptione[2] aliene dyocesis[3]*

Si quis episcopus[4] non[5] per scripturam metropolitani episcopi[6] aut qui cum eo sunt rogatus de alia prouincia in aliam uenerit sed presumptione irruens[7] ad ordinationem et constitutionem clericorum[8] qui ad eum non pertinent importunus existat, uacua sint

---

[1] *om.* DM
[2] presumptione CNBZTOGHQ; assumptione A
[3] vii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWP
[4] episcopus CNBZTOGH; *om.* QA
[5] non $C^2L^2$RNBZTOHA; *om* CLXS
[6] episcopi LRWNBPZTOGHA; *om.* CXS
[7] irruens CNBZTOGHQ; instruens A
[8] *ss* O

et inania omnia que ab eo fuerint[9] constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur et abhominetur a sancto concilio. [124ra]
*Can. Mar. c 7; H 428a-b; M 579*

---

[9] *ss* X

## 8[1]

### *De non constituendo episcopo successore[2]*

Episcopum non liceat[3] ante finem uite alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem usurpare temptauerit talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet nisi cum consilio[4] et iudicatu episcoporum qui post exitum predecessoris[5] potestatem habent dignum eligere.
*Can. Mar. c 8; H 428b; M 579; ID 5.303 var. as BD 1.187; C 8 q 1 c 4*

---

[1] *om.* DM
[2] viii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWP
[3] non lic. *repeated & cancelled* T
[4] *corr. fr.* conc- O
[5] -ori *and lacuna* A

## 9

### *De irruptione uagantis[1] ecclesie[2]*

Si quis episcopus uacans[3] in ecclesiam[4] non habentem episcopum[5] subripiens[6] populos sine consilio[7] integri ordinis irruerit, etiam[8] si populus quem[9] seduxit desideret illum alienum eum ab ecclesia esse[10] oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illud in quo metropolitanus episcopus fuerit.
*Can. Mar. c 9; H 428b; M 579; ID 5.150 var. as BD 1.39; +D 92 c 8 as ID*

---

[1] uagantis CLRWBZJTOGHQ; uacantis NG[2]A; De episcopo per necessitatem uagante DM (*cf c 10*)
[2] viiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWMP
[3] *corr. fr.* uag- X
[4] uac. (uag- D) in eccl. CRNDZTOGHA; in ecc. uac. Q
[5] *corr. fr.* spiritum Z
[6] subr- CNDBZJTOG; sur- H; surr- H[2]Q; susc- A
[7] consilio CRNDBG; concilio ZTOHQA
[8] etiam CL[2]RPNZTOGHQA; *om.* L; et B
[9] quem pop. si *marked for reversal* O
[10] eum ab ecc. esse CNBZTOGQA; esse ab ecc. eum H

## 10

### *De episcopo per necessitatem uagante[1]*

Si quis ordinatus pro contentione populi aut pro aliqua ratione non pro sua culpa in parroechia que ei fuerit data non ierit, hunc oportet honorem sacerdocii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesie in qua conuenit sibi nichil presumat. Sustineat autem quid[2] de eo sanctum[3] concilium iudicare uoluerit.
*Can. Mar. c 10; H 428b; M 579; ID 5.151 var. as BD 1.40; D 92 c 4 as here*

---

[1] uagante CLRWBPZJTOGQ; uacante N; negante A. De presbitero ad parrochiam non eunti DM (*cf c.9*). x *add.* NBZTOHA, *om.* CLRSDMP
[2] quid CNBZTOGHQ; *om.* A
[3] in *add. and canc.* O

## 11

*De contemptore episcopo*[1]

Si quis episcopus ab episcopo[2] ordinatus[3] noluerit agere[4] sacerdocium, neque consenserit[5] in sibi commissa ecclesia ambulare, istum talem excommunicari oportet. Quod si coactus consenserit, sanctum concilium quod placet de eodem terminet.

*Can. Mar. c 11; H 428b; M 580*

---

[1] De contemptore (contemptione O) episcopo CLRWNBPZTOGHQ; Similiter de episcopo ad episcopatum non eunti DM; De contentione episcoporum A; xi *add.* NBZTOGHQA, *om.* CLRSWDMP

[2] episcopo CLRWNPZTOGHA; eo B

[3] fuerit *add.* D

[4] age A

[5] consenserit CRNBZJTOG; concesserit HQA

## 12

*De seditioso episcopo*[1]

Si quis episcopus ordinatus fuerit, et non uult ipsam parroechiam suscipere in qua nominatus est, sed alibi[2] uult ordinari, et[3] uim facit et[4] seditiones[5] concitat contra eos qui eum[6] ordinauerunt[7], hunc ab honore oportet remoueri[8]. Si[9] autem in pristino honore[10] presbiterii[11] uult stare, non uetetur ut gradum quem habuit[12] retineat[13]. Quod si reluctatus fuerit, etiam de honore presbiterii deponatur.

*Can. Mar. c 12; H 428b; M 580*

---

[1] xii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

[2] -li- *ss* N

[3] et CSWNBPZTOGA; *om.* L

[4] et CLXSND; ac RWBPZTOGHA

[5] *corr. fr.* -nis G

[6] eum CRXNB; illum ZTOHA

[7] -erunt CRDBZT?OGHA; -erint N

[8] *corr. fr.* -ere Z

[9] quis *add. and canc.* O

[10] honore CRDBZTOGHA; *om.* N

[11] -erii CNBZTGHA; -eris O

[12] *corr. fr.* huic B

[13] retineneat N

## 13

*De dissensione iudicii*[1] [124rb]

Si quis episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, et uiderit ipsos episcopos qui in prouincia sunt inter se iudicio discrepare ut alii uideantur eum qui iudicatur iustificare[2], alii condempnare pro diffinitione huius dissensionis hoc placuit sancto concilio ut de prouincia uicina alter metropolitanus conuocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

*Can. Mar. c 13; H 428b; M 580; C 6 q 4 c 2*

---

[1] Vt dissensio de causa episcopi etiam ab alterius prouincie episcopis terminetur DM; xiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

[2] iustifacare *after corr.* N

## 14

*De presumptione[1] episcopi in rebus ecclesie[2]*

Si quis episcopus nulla ecclesiastice rationis necessitate compulsus in suo clero aut ubi forte presbiter non est de rebus ecclesiasticis aliquid presumpserit[3] uendere res ipsa[4] ecclesie proprie restaurari[5] cogatur, et in iudicio episcoporum deiciatur[6] auditus et tanquam furti aut[7] latrocinii reus a suo priuetur honore[8].

*Can. Mar. c 14; H 429a; M 580; ID 3.172 as here, 3.242 as BD 3.181, 5.329 as BD 1.215; C 10 q 2 c 8 as here*

---

[1] presumptione CNBZTOGHQ; assumptione A
[2] xiiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[3] *corr. fr.* -int N
[4] ipsa CRXWNBPZTOGHA; ipsas C[2]LSQ
[5] *corr. fr.* ret- A
[6] *corr. fr.* dic- A
[7] aut CDBZTOGHQ; autem N; ad A
[8] a suo priuetur (*corr. fr.* -entur A) honore CRNBZJTOGA; ab honore suo priuetur HQ

## 15

*De rebus ecclesiasticis gubernandis[1]*

Que sunt ecclesie conseruari[2] communi[3] diligentia et bona conscientia[4] et fide Dei[5] qui omnia uidet et iudicat gubernari oportet cum iudicio et potestate episcopi cui etiam omnis populus et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse que ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum qui circa episcopos sunt presbiter et diaconus, ut hii omnes sciant que sunt ecclesie propria ut[6] si episcopo contigerit[7] transitus eos nichil[8] latere possit ex his que ad ecclesiam pertinent, ut nullomodo possint minui et perire. Neque res proprie episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesie pati. Dignum uero et iustum est apud Deum et homines[9] ut ea que episcopi propria sunt cui uoluerit[10] derelinquat, et que ecclesie sunt[11] eidem[12] conseruentur[13] ecclesie, ut nec[14] ecclesia patiatur[15] dampnum neque episcopus[16] pro rebus ecclesie[17] in suis proscribatur ne[18] post eius obitum in causas incidant qui ad eum pertinent, nec ipse in maledictum incidere uideatur[19].

*Can. Mar. c 15; H 429a; M 580; C 12 q 1 c 20 (*Manifesta autem -- proscribatur *only, and var.)*

---

[1] De rebus ecclesie conseruandis DM; xv *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[2] conseruari LRSWNMBPZTOGHA; *om.* C
[3] uel cum omni *add. ss* B
[4] bona consc. *in mg.* B; conseruari *add.* C, *om.* LRXSWNMBPZTOGHA
[5] *ss* B
[6] ut LRWNBPZTOGHA; aut CXS
[7] -ti- *ss* B
[8] *corr. fr.* nilchil N
[9] qu *add. and canc.* O
[10] *in mgs* O
[11] cui uoluerit derelinquat - sunt CRDBZTOGHA; *om.* N
[12] sunt *add. and canc.* Z
[13] *corr. fr.* -etur B
[14] *corr. fr.* ne O
[15] *in mg.* Z[1]
[16] -opus LRXSWNBZTOGHA; -opo CP?
[17] ut nec ecclesia patiatur - ecclesie CRNBZTOGQA; *om.* H
[18] ne LRWNBPZJOG; et CXS; nec THQA
[19] inc. uid. LRXSWNBPZTOGHA; uid. inc. C

**16**

*De rebus ecclesie[1] dispensandis[2]*

Episcopus habeat potestatem[3] in rebus ecclesie ut dispenset [124va] necessitatem habentibus cum omni reuerentia et timore Dei. Participare et eum oportet que necessaria[4] sunt si tamen ipse aut qui[5] cum eo sunt fratres[6] indiguerint aliquid[7] ut necessitatem nullo modo[8] patiantur secundum sanctum[9] apostolum dicentem, Victu et tegumento his contenti simus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas uoluntates usurpare uoluerit, et loca ecclesie uel fructus agrorum non cum[10] presbiterorum uel diaconorum consilio contaminauerit[11], aut fratribus uel filiis uel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter[12] res ledantur ecclesie, hunc oportet[13] obnoxium[14] esse concilio. Sin aliter episcopus[15] uel qui cum eo sunt presbiteri aut diaconi accusentur[16], quia que ex redditu[17] uel ex quolibet[18] actu ecclesie ueniunt in suos usus[19] colligunt[20] et pauperibus fraudant[21] et fame conficiunt. Hos enim corripi oportet, secundum quod[22] ordinatum fuerit a sancto concilio.

*Can. Mar. c 16; H 429a; M 580-1; C 10 q 2 c 7*

---

[1] -esia A
[2] conservandis M (*not* D). xvi *add.* NBZTOGHA; *om.* CLRSWDMP
[3] hab. poss. *ss* Z
[4] -ria *ss* T
[5] *corr. fr.* que Z
[6] fratres CNBZTOGH; fratris QA
[7] ind. al. CNPZTOGHA; al. ind. B
[8] modo CNPZTOGHA; *om.* B
[9] *ss* O
[10] *corr. fr.* com O
[11] *corr. fr.* -euerit O
[12] latenter CNBZTOG; latentes HQA
[13] *corr. fr.* oporet A
[14] -oxium CDBZTOGHA; -ixium N
[15] -opos A
[16] *corr. fr.* -antur A
[17] redditu CLRWNPZTGHQA; redd... B; creditu O
[18] quolibet LRXWNBPZTOGHA; qualibet C
[19] usus CNBP; sinus ZTOGHA
[20] -unt LRXWBPZTOGHA; -ant C?
[21] *corr. fr.* frad- O; *short lacuna follows in* Z
[22] *ss* Z

**17**

*De his qui de ministerio ecclesie aliquid[1] uendiderint[2]*

Si quis presbiter aut diaconus inuentus fuerit[3] aliquid de ministeriis ecclesie uenundasse,[4] quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi dimittendus est siue indignus in suo recipi[5] debeat gradu, quia multotiens hoc ipsum quod de sacrosancto altario contaminatum est in episcopi potestate dimissum est.

*Can. Mar. c 17; H 429a; M 581; ID 3.240 var. as BD 3.179, 3.173 as here; +D 50 c 22*

---

[1] eccl. al. CSNBZJTOGA; al. eccl. W; aliquid Q
[2] Ne presbiter aut diaconus res ecclesie dissipet DM; xvii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[3] inu. fuerit CNBZTOGQA; fuerit inu. H
[4] -sse *ss* T
[5] -ci- *ss* N

**18**

*De synodo facienda*[1]

Propter ecclesiasticas curas et[2] altercationum solutiones bene placuit per singulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciales episcopos, ita ut[3] concilium precedant omnes presbiteri et diacones uel hii qui se lesos existimant, ut in concilio cause examinate ad iustum iudicium perducantur. Et si qui manifeste episcopi uel presbiteri aut diacones inuenti fuerint in [124vb] offensa, secundum rationem excommunicentur quamdiu communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semet ipsum[4] concilia facere preter eos quibus metropoles sunt credite.

*Can. Mar. c 18; H 429a-b; M 581; +D 18 c 15*

[1] xviii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[2] curas et CLXSWNMTOGHQ; et RBP[2]; *om.* P; curas A
[3] in *add. and canc.* B
[4] preter *add. and canc.* N

**19**

*De episcopo qui noluerit uenire ad synodum*[1]

Ad concilium conuocatus episcopus non debet contempnere sed adire[2] et ea que ad[3] necessitatem[4] ecclesie uel ceterorum pertinent aut docere si nouit aut doceri si nescit. Nam si[5] extra[6] egritudinem contempserit ire, reus erit fraterni concilii.

*Can. Mar. c 19; H 429b; M 581*

[1] Vt episcopus ad concilium conuocatus uenire non (*ss* M) contempnat DM; synodum CLRWNBZTOQA; concilium H. xviiii *add.* NB?ZTOGHQA, *om.* CLRSWDMP
[2] adire CRNDB; ire ZTOGHA
[3] *ss* N
[4] necessitatem CLXSNDM; utilitatem RWBPZTOGHQA
[5] *ss* Z
[6] extra CLRDBZTOGHA; contra N

**20**

*De legitima etate ordinandi presbiteri*[1]

Si quis triginta etatis sue annos non impleuerit,[2] nullomodo presbiter ordinetur, etiam si ualde[3] sit dignus quia et ipse Dominus trigesimo anno baptizatus est et sic cepit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est usque ad hanc etatem legitimam[4] conseruari.

*Can. Mar. c 20; H 429b; M 581; +D 78 c 1 var. and* Si quis triginta – sit dignus. *only*

[1] ord. presb. CLRWDMBTOA; *om.* N. xx *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[2] ann. non. impl. CRNDB; non impl. ann. ZTOGHA
[3] ualde RXSWNDBZTOGHA; laude CL[2]; alde L
[4] et. leg. CRNBZJ; leg. et. TOGHQA

**21**

*De eunuchis qui ab aliis fiunt uel qui sibi naturalia abscidunt*[1]

Si quis pro egritudine naturalia[2] a medicis habuerit secta, similiter et qui a barbaris aut dominis stultis fuerint castrati et moribus digni fuerint uisi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et[3]

[1] xxi *add.* NB?TOGHA, *om.* CRSP
[2] naturalia LSNBJTOGHQA; natulia C; nantalia X; natura Z; ? P
[3] *add.* H[2]

abstinentie sed per abscisionem plasmati a[4] Deo corporis existimat posse a se carnales concupiscentias amputari castrauerit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerat promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.
*Can. Mar. c 21; H 429b; M 581; ID 6.374; IP 3.56; D 55 c 9*

[4] plasmati a CLWDZTOGHA; plasmatiam RND[2]BP; plamationem X

## 22[1]

### *De neophytis*[2]

Qui baptizatus fuerit iam etate legitima non continuo liceat eum ad ecclesiasticum ordinem promoueri. Quia oportet eum prius doceri quod possit docere, et multo tempore post baptismum probari, ut bene[3] probatus ueniat ad clerum, secundum preceptum apostoli dicentis[4], [125ra] Non neophitum ne forte in superbiam elatus in iudicium incidat[5] et[6] laqueum diaboli. Si autem succedenti tempore in aliquo graui[7] peccato a duobus uel tribus fuerit deuictus, depositus de gradu suo cesset a clero. Si quis contra hanc regulam facere presumpserit quod sit contrarium[8] magni concilii[9] proiciatur a clero.
*Can. Mar. c 22; H 429b; M 581-2*

[1] *om.* DM
[2] xxii *add.* NB?ZTOGHA, *om.* CLRSWP
[3] *ss* O
[4] *short erasure follows* O
[5] in iud. inc. (decidat G) LRSWNBPZTOGHA; inc. in iud. C; in iudicii dat X
[6] *ss* L; in *add.* C, *om.* LRXWNBPZTOGHA
[7] graui CNBZTOGHQ; gradu A
[8] -ium CLNB; -ius ZTOGHA
[9] concilii CLNPZTOGHA; consilii B

## 23

### *De penitente non admittendo ad clerum*[1]

Penitens tantum si necessitas aut[2] usus exegerit[3] inter ostiarios prius deputetur, uel inter lectores, ita ut[4] euangelia[5] uel apostolum non legat. Si quis autem ante ordinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita ut manus non[6] imponat aut sacra contingat. Expenitente enim dicimus[7] de eo qui post[8] baptismum pro homicidio aut pro diuersis criminibus aut grauissimis peccatis publicam penitentiam sub cilicio gerens diuino fuerit reconciliatus altario.
*Can. Mar. c 23; H 429b; M 582*

[1] xxiii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP
[2] e *add. and canc.* N
[3] exeg- CRNB; exig- ZTOGHA
[4] *ss* T
[5] *corr. fr.* -lica O
[6] non CNPZTOGHA; *om.* B
[7] Deo *add. and canc.* O
[8] *ss* Z

**24**

*De his qui sine discussione[1] aut presbiteri aut dyacones[2] ordinati sunt[3]*

Si quis presbiter aut dyaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cum discuterentur criminosa peccata sua aut post ordinationem ab aliis sunt detecti abiciantur ex clero. Similiter uero et de uniuerso ordine clericorum seruetur. Nam hoc sibi quod irreprehensibile[4] est sancta catholica defendit ecclesia.

*Can. Mar. c 24; H 430a; M 582; D 24 c 7*

---

[1] discussione CXSNMBPZTOGA; discretione W; dissensione Q
[2] -ones CRSWDPZTOGHA; -oni NMB
[3] xxiiii *add.* NZTOGHA; *om.* CLRSWD?MBP
[4] irrep- CNDMB; rep- ZTOGHA

**25**

*De presbiteris et dyaconibus qui post ordinationem denotantur[1]*

Si quis presbiter ante ordinationem peccauerit, et post ordinationem peccatum[2] confessus fuerit quod ante errauerit, non offerat sed tantum pro religione nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus sed ab alio publice fuerit conuictus, nec hoc ipsum habeat potestatem, ut nomen presbiteri portet. Similiter et de diaconibus obseruandum est[3] [125rb] ut si confessi ipsi fuerint ordinem subdiaconi accipiant.[4]

*Can. Mar. c 25; H 430a; M 582; ID 6.149 as BD 2.48; IP 3.150 as ID; C 15 q 8 c 4 as here*

---

[1] xxv *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP
[2] peccauerit – peccatum *over an erasure, with lacuna following* H
[3] obs. est CDBPZTOHA; *om.* N
[4] confessi ( *corr. fr.* confisi R) ipsi (ipsi confessi XSWDMBP) fuerint ord. subd. accipiant CLRXSWNDMBP; ipse confessus fuerit ord. subd. accipiat ZTOGHA

**26**

*De his qui uiduas aut[1] dimissas[2] ducunt aut in malis consiliis mixti sunt[3]*

Si quis uiduam aut ab alio dimissam[4] duxerit, non admittatur ad clerum. Quod si obrepsit, deiciatur. Similiter si homicidii aut facto aut precepto aut consilio aut defensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum uenerit deiciatur et in[5] finem uite sue communionem accipiat[6].

*Can. Mar. c 26; H 430a; M 582; D 50 c 8*

---

[1] *corr. fr.* atque B
[2] uid. aut (*corr. fr.* atque B) dim. CLXSNBZTOH; dim. aut uid. DM
[3] xxvi *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP
[4] *ss* O
[5] *ss* B
[6] uite sue communionem (non *add.* H) accipiat RWDMBPZTOGHQA; uite sue accipiat communionem (uite sue accipiat com- *in small hand and partly in mg.* C) CL; uite sue communio non negetur S; uite sue communionem XN

**27**

*De fornicatoribus clericis[1]*

Si quis presbiter aut diaconus fuerit fornicatus aut mechatus proiciatur[2] et agat penitentiam.

*Can. Mar. c 27; H 430a; M 582*

---

[1] *corr. fr.* ecclesie A; xxvii *add.* NBZ(*corr. fr.* xxviii)TOGHA, *om.* CLRSWDM
[2] proiciatur CRNBZTOGHQ; propitiatur A

**28**

*De his quorum uxores mechantur*[1]

Si laici uxor[2] in adulterio fuerit deprehensa hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullomodo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa uoluerit permanere a[3] ministerio alienus sit[4].

*Can. Mar. c 28; H 430a; M 582; +D 34 c 12*

---

[1] xxviii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP
[2] laici uxor CWDMBZTOGHA; uxor laici N
[3] a CDMBZTOGHA; ad N
[4] al. sit RXSWNDPZTOGHA; al. fiat CL; sit al. B

**29**

*De uiduis clericorum*[1]

Si qua uidua episcopi aut[2] presbiteri aut[3] diaconi maritum[4] acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet. Morienti[5] tantum ei sacramenta subuenient.

*Can. Mar. c 29; H 430a; M 582; +D 28 c 12*

---

[1] clericis G; xxviiii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP
[2] aut CLXSND; uel RWBPZTOGHQA
[3] aut CWNDBZTOGA; siue HQ
[4] *corr. fr.* martum A
[5] -i- *ss* C

**30**

*De filia episcopi uel presbiteri que deuota fuerit et*[1] *peccauerit*[2]

De filia episcopi uel presbiteri siue diaconi si deuota fuerit et maritum duxerit, si eam pater uel mater in affectum receperint[3] a communione habeantur alieni. Pater uero causas in concilio se nouerit prestaturum. Mulier uero non admittatur ad communionem nisi marito defuncto egerit penitentiam. Sin[4] autem uiuente eo[5] secesserit et penituerit uel petierit communionem, in ultimo fine[6] uite sue[7] defi [125va] ciens accipiat communionem.

*Can. Mar. c 30; H 430a; M 582; +C 27 q 1 c 26*

---

[1] post *add.* D, *om.* CLRWNBZTOGHA
[2] xxx *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[3] recep- CRDMBZTOHA; accep- NG
[4] Sin CDBZTOGHA; Si N
[5] uiu. eo CDBZTOGHA; eo uiu. N
[6] fine CDBZTO(*after corr.*)GHA; finem N
[7] sue CSNDB; *om.* ZTOHA

**31**[1]

*De deuota*[2] *peccante*[3] *que se maritauerit*[4]

Deuotam peccantem non recipiendam in ecclesia[5] nisi peccare desierit, et desinens egerit aptam penitentiam decem annis et recipiat[6] communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christiane mulieris accedat.

---

[1] *om.* DM
[2] uota WO(*before corr.*)
[3] uel *add.* ZTOGHA, *om.* CLWNBP
[4] xxxi *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[5] -ia CNBZTOHQ; -iam A
[6] -ci- *ss* N

Quod si admissa fuerit, etiam hec que eam receperit habeatur[7] absens. Corruptorem etiam par[8] pena constringat. Que autem maritum acceperit non admittatur ad penitentiam nisi adhuc uiuente ipso marito caste uixerit aut postquam ipse de hac uita discesserit.
*Can. Mar. c 31; H 430a-b; M 583*

[7] h- *ss* N
[8] par CNBZTOGHQ; pars A

**32**

*De subintroductis adoptiuis mulieribus[1]*

Nullus episcopus neque[2] presbiter neque[3] dyaconus neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se[4] quasi adoptiuam aliquam[5] mulierem quasi[6] in loco filie aut sororis aut matris nisi forte sororem matris uel patris et illas solas personas que ab omni mala suspicione aliene sunt. Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium prohibemus, eorum scilicet qui nec in Dei timore subiecti sunt nec continentie[7] retinent[8] disciplinam.
*Can. Mar. c 32; H 430b; M 583*

[1] adop. mul.] mul. adopt. B· xxxii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[2] neque CNBZTOGQA; aut H
[3] p *add. and canc.* O
[4] ad se *corr. fr.* asse N
[5] aliquam CNPZTOHA; *om.* B
[6] adoptiui - quasi *in mg.* Z
[7] sub. sunt nec cont. *in mg.* X[2]
[8] *ss* O

**33[1]**

*De non recipiendis clericis uagis et de infirmanda ordinatione eius qui sine conscientia[2] episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est[3]*

Si quis in[4] contemptu positus presbiter aut diaconus uel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia sua nullomodo in alia suscipiatur[5] ecclesia, sed omnimodo compellatur ut[6] ad suam reuertatur ecclesiam. Si autem permanserit[7] in superbia et reuerti noluerit excommunicetur et proiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit ullum in sua ecclesia ordinare non con [125vb] sentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio eius uacua deputetur.
*Can. Mar. c 33; H 430b; M 583*

[1] *om.* DM
[2] conscientia CLRSNBP; consensu WZTOGHA
[3] ord. est CLWBZTOHA; ordinantur N. xxxiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWP
[4] in CNBZTOGHQ; cui A
[5] in alia susc. CNPZTOGHA; susc. in alia B
[6] ut CRNBZTGQA; *om.* O
[7] *corr. fr.* permiserit Z

**34**

*De clericis desertoribus[1]*

Si quis presbiter aut diaconus uel aliquis de clero[2] propriam ecclesiam derelinquens ad alteram ecclesiam uadit et ibi multo tempore demoratur, omnino nunquam

[1] xxxiiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP
[2] *short erasure follows* Z

ministret in clero. Et si admonuerit[3] eum episcopus suus[4] ut ad suam redeat parroechiam, et redire noluerit ubi est, ibi[5] de suo officio deponatur, ita ut nunquam in suum reuertatur gradum propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum susceperit qui de reatu[6] eius est conscius[7], oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio[8] non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non soluat.
*Can. Mar. c 34; H 430b; M 583*

---

[3] admonuerit CDBZTOGHA; admouerit N
[4] *corr. fr.* suos A
[5] *corr. fr.* tibi O
[6] *corr. fr.* creatu O
[7] est consc. RWBPZTOGHA; consc. est CL; conscius XSND
[8] concilio CLXSW[2]NDZTO[2]GHQA; consilio RWBP; in concilio O

## 35

### *De importunis clericis[1]*

| xviii. | Quod non sufficiat[10] nobis ad salutem si quibuslibet indoctis adequemur fide uel actibus |
| xviiii. | De his qui ueritatem pro pecunia negant |
| xx. | De his qui episcopum non canonice[11] iudicatum a propria sede expulerint |
| xxi. | De Osio episcopo et aliis qui Romanorum pontificum uice in conciliis usi sunt |
| xxii. | De Arthaldo[12] a papa Vrbano consecrato |
| xxiii. | Quod baptismus sit si mulier infantem in nomine Trinitatis necessitate baptizauerit, et quod filii uel filie compatrum excepta persona qua compatres efficiuntur legitime possint[13] coniungi |
| xxiiii. | Ne mulier cum marito puerum in baptismate suscipiat[14], et de eo qui duabus commatribus[15] nupserit, et de eo qui ecclesiam emerit[16] |
| xxv. | Multitudine peccante diuine discipline misericordiam esse necessariam |
| xxvi. | Quod consuetudines ecclesiastice uicem legis teneant |
| xxvii. | Quod sana ratio exemplis sit anteponenda, et de his qui metu ueritatem occultant et quod non minus sit periculum mentiri quam sanguinem effundere |
| xxviii. | Veritatem non relinquendam uitando arrogantiam |
| xxviiii. | Quomodo malum pro malo reddatur |

[2] *capitulatio om.* ZJTOGHQA; *in* CLRSWNDMBP
[3] poll. (pull- P) ill. RXSWDMBP; ill. polluantur C; ill. polluuntur L
[4] clericis CLRWDB; cleris N
[5] et M (*not* D)
[6] *Whole title omitted* D
[7] -na- *ss* N
[8] *ss* N
[9] X *omits all titles xv-xvi, so throwing its nos out from here*
[10] *corr. fr.* -cat N
[11] -ni- *ss* N
[12] *corr. fr.* Atha- B
[13] -int CRWDMB; -it N
[14] Ne - suscipiat CLXSWDBP; Ne mul. in bapt. cum merito puerum susc. R; Vt mul. puerum in bapt. susc. cum marito N
[15] duabus commatribus CLRWNB; cum duabus matribus DM
[16] exierit S; et de eo qui eccl. em. *om.* DM

| | |
|---|---|
| xxx. | Quod reges ecclesiam debeant defendere |
| xxxi. | Quod nullius crimine maculatur inscius |
| [17]xxxii. | De eodem |
| [18]xxxiii. | Item de eodem |
| xxxiiii. | Quod ad[19] bonum cogendi sunt mali [129vb] |
| xxxv. | De eodem[20] |
| xxxvi. | De his qui a corpore Christi preciduntur |
| xxxvii. | De arrogantia uitanda |
| xxxviii. | De his qui in monasteriis proficiunt |
| xxxviiii. | De ornatu feminis solis concesso[21] a uiris non usurpando[22] |

[17] *Whole title om.* DM
[18] P *omits remaining numbers, while retaining the text*
[19] *corr. fr.* a N
[20] xxxv. De eodem LRXSWNDB; *om.* C (*whose numbers are one short henceforward*)
[21] *corr. fr.* -essis ND; -essos M; *after corr.* X
[22] -ando CLRWDMB; -andis N. S *has here the explicit from A 2 49, qv.*

## 1

### *Ysidorus[1]. De his qui a parentibus propriis[2] monasterio offeruntur[3]*

Quicumque[4] a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus nouerit se ibi perpetuo mansurum[5]. Nam Anna Samuhel puerum natum et ablactatum Deo pietate obtulit, qui[6] et in ministerio templi quo[7] a matre fuerat functus permansit, et ubi constitutus est deseruiuit.

*Reg. Isid. c 4; Quad. 4.226; Coll. Sem. 2.34; C 20 q 1 c 4*

[1] *om.* P
[2] *corr. fr.* proprio B
[3] De - offeruntur CLRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[4] *The* 'Q' *a very large and decorated initial in* XS
[5] mans- CLRXNBZJ; permans- STOHQA
[6] qui CRXNB; quique SZTOHA
[7] quo CRNPZTOHA; qui B

## 2

### *Idem[1]. De his qui nocturna polluuntur illusione[2]*

In lege quippe qui somnio[3] nocturno polluebatur[4] egredi iubebatur[5] a castris nec regredi[6] priusquam[7] ad uesperum lauaretur. Et si illi in carnali populo ita quid spiritualis seruus Christi facere[8] debeat qui magis contaminationem suam debet respicere, et longe ab altario positus mente et corpore pertremescere[9], atque[10] in figura aque[11] penitentie lacrimas adhibere ut[12] non solis aquis sed etiam fletibus studeat[13] ablui quicquid forte per occultam[14] culpam immunda contaminatione polluit.

[1] Idem CRSWBZTOHQ; *om.* NDMP; Item A
[2] De - illusione CRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[3] -i- *ss* T
[4] *corr. fr.* -antur B
[5] iubebatur CRNPZTOHA; uidebatur B
[6] r- *ss* CZ
[7] a castris *add. and canc.* Z
[8] *after corr.* O
[9] *corr. to* -iscere B, *from* pertimescere O
[10] atque CNBZTOHQ; a que A
[11] aque CRDBZTOHA; atque N
[12] *ss* N
[13] *corr. fr.* debeat W
[14] -tam CRDBJTOHA; -tum N; -ta Z

*Reg. Isid. c 14; Quad. 4.373b*

**3**

*Ex dictis Sancti Ferreoli*[1]*. De monachis uel clericis qui inflati alicui manus iniecerint*[2]

Clericus aut monachus[3] in alterum inflatus quod turpissimum est[4] manus inicere non presumat, preter illos ad quos pertinet correctio. Si quis hec transgressus fuerit, disciplinis canonicis subiacebit.

*Reg. S.Ferreoli c 21; Quad. 4.242; Reg. P 1.172*

---

[1] Ex - Ferr. *om.* P
[2] De - iniecerint (*corr. fr.* uicerunt to iniecerunt W) CRSW(*before insc.*)NDBP; *om.* ZTOHA
[3] Clericus aut monachus CRWNPZTOHA; Monachus aut clericus B
[4] est CRSNBH[2]; *om.* ZTOHA

**4**[1]

*Cuius supra*[2]*. De clericis uel monachis fugitiuis*[3]

Fugitiuum uero clericum aut monachum deserentem disciplinam et perdentem[4] se uelut contemptorem placuit reuocare.

*Reg. S. Ferreoli c 20; Quad. 4.244; Reg. P 1.434; ID 7.46 var. as BD 8.26*

---

[1] *om.* DM
[2] Cuius sup. *om.* P
[3] De - fugitiuis CRSWNBP; *om.* ZTOHA
[4] *corr. fr.* perdat deutem Z

**5**[1]

*Idem*[2]*. De monachis uel clericis uagis non recipiendis*[3] [130ra]

Monachum omnino siue clericum alterius loci uel monasterii[4] recipi sui qualibet causa nolumus, interdicimus, prohibemus, prospicientes[5] talia studio caritatis, ne[6] nouum aliquid sorde scandali surgente inducat. Dicit enim scriptura, Quicquid tibi non uis, alio[7] ne feceris.

*Reg. S. Ferreoli c 11; Quad. 4.246*

---

[1] *om.* DM
[2] Idem CRSW(*after rubr.*)BZTOA; Item N; *om.* P
[3] De - recipiendis CRSWNB; De - uagis P; *om.* ZTOHA
[4] -erii CNBZTOHQ; -eriis A
[5] pro *ss* L[2]
[6] ne CLRXWNBP; ut T; et SZJOHQA
[7] alio CLRXSPZJTOHQA; alii WNBZ[2]

**6**

*Cuius supra*[1]*. De monachis ebriosis*[2]

De ebrietate[3] uero superfluum puto monachum commoneri, cum uel si parum uini accipiat, a proposita corporis contritione declinat. Et ideo monachum si ebrium quod dici nefas est uideri aliquando contigerit, zelans illi plenus ira precipio, ut triginta diebus a uini potione[4] suspendatur, quatinus anima[5] infusione concessa digestione[6] hoc[7] spacio uacuetur[8].

---

[1] Cuius supra CRSWDMBZTOHA; *om.* NP
[2] *after corr.* B. De - ebr. *in mg.* Z; De excommunicandis ebriosis L
[3] ebret- N
[4] potione CRNPZTOHA; potatione B
[5] anima CRNBZTOQA; animia H
[6] -estione CLRXNB; -essione SZTOHA
[7] uacuo *add. and canc.* O

*Reg. S. Ferreoli c 39; Quad. 4.166; Reg. P. 1.137*

[8] Ieiunia sane legitima id est quarta et sexta *add.* A *from next c*

**7**

*Ex dictis sancti Apollonii[1]. Quod legitima ieiunia soluenda non sint[2]*

Ieiunia sane legitima[3], id est[4] quarta et sexta feria non sunt soluenda, nisi grandis aliqua necessitas[5] fuerit, quia quarta feria Iudas de traditione[6] Domini cogitauerit, et sexta feria crucifixus est Saluator[7]. Videbitur ergo qui[8] in his diebus siue aliqua necessitate soluerit statuta[9] ieiunia uel cum tradente[10] tradere Saluatorem, uel cum crucifigentibus[11] crucifigere.

*Quad. 4.296; Reg. P. Appx. 1.17; Coll. Sem. 2.39; ID 4.32; IP 2.179; De cons. D 3 c 16a*

[1] Ex - Apoll. CRWDBZTOA; *om.* NP
[2] Quod - sint CRWNDBP; Quod – non sint solu. S; *om.* ZTOHA
[3] *ss* H
[4] est CRDBZTOH; *om.* N
[5] Ieiunia sane legitima - sexta *in prev. canon* A, *which here begins*: Feria *then large lacuna, then continues* fuerit quia *etc*
[6] de trad. CLRSWNBPZ²H²Q; detractatione T; detractione Z?JO; detradtione H; tractione A
[7] ualuator A
[8] *ss* Z
[9] solu. stat. CRSWBZTOHA; stat. solu. ND
[10] cum tradente CNBZTOHQ; contradente A
[11] -ci- *ss* N

**8**

*De die dominico[1]. Ex statutis patrum[2]*

Die[3] autem dominica nichil aliud agendum est, nisi Deo uacandum, nulla operatio in illa die[4] sancta comperiatur nisi tantum hymnis et psalmis et canticis spiritualibus dies[5] illa transeatur.

*Quad. 4.297; ID 4.13; De cons. D 3 c 16b*

[1] die dom. CRNBZTO; dom. die HQA
[2] De die - patrum *added in small script in mg.* C; *in text* LRNBPZTOHA; Die dominica nihil operandum SW(*after insc.*)D
[3] Pie A
[4] illa die CLRXWN²DB; illa d die N; die illa SZTOHA
[5] -s *ss* A

**9**

*Fructuosi episcopi[1]. Quascumque causas in conuentu fratrum esse uentilandas[2]*

Quelibet[3] causa in conuentu omnium fratrum est uentilanda, et iuste ac subtiliter perscrutanda, ne fortasse dolositate et malitia[4] senioris innocens [130rb] iunior opprimatur. Rectori iuxta persone[5] acceptionem non liceat iudicare, neque aliquem fraudulenter uel iniuste dampnare, sed ut dictum est, spiritualium uel ueridicorum[6] fratrum[7] huiuscemodi rebus est alia tradenda[8] retinenda sententia qui sibi Dei iudicium ponentes pre oculis non permittant pessime opprimere animam innocentis.

[1] Fr. ep. CRWDBZTOA; *om.* NP
[2] Quascumque - uentilandas CRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[3] Quelibetcumque M (*not* D)
[4] -itia CRDBZTOHA; -atia N
[5] persone CLRXNBZ²H; personam SZJTOQA
[6] ueridicorum CLR²SDMB²ZJTO²HA; uiridicorum RBP; uindicorum X; uere dicorum W; ueridorum N; uerediorum O
[7] in *add. ss* C [*as ID*], *om.* LRXSWNBPZTOHA

*S. Fructuosus c 14; Quad. 4.260; ID 6.399; below 3.10.34*

---

[8] et *add. ss* C [*as ID*], *om.* LRXSWNBPZTOHA

**10**

*Cuius supra[1]. De excommunicatis[2]*

Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione uel miseratione refoueat, neque ad contradictionem uel superbiam confortare presumat.
*S. Fructuosus c 14; Quad. 4.256; Reg. P 2.399; BD 11.33; ID 14.97 as BD*

---

[1] Cuius supra CRSWDBZTOA; *om.* NP
[2] De excommunicatis CRSWNDBP; *om.* ZTOHA

**11**

*Idem[1]. Monachum carnem manducare non debere[2]*

Carnem cuiquam monacho[3] nec gustandi nec sumendi est concessa licentia, non quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quod carnis abstinentia utilis et apta monachis estimetur, seruato tamen moderamine pietatis erga egrotos. Quod si quis monachus uiolauerit, et contra sanctionem regule usumque ueternum uesci carnibus presumpserit, sex mensium spatio retrusioni et penitentie subiacebit.
*S. Fructuosus c 5; Quad. 4.172; De cons. D 5 c 32*

---

[1] Idem CRWBZTOA; *om.* NP; Item SDM
[2] Monachum - debere CRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[3] monacho CRSWNBP; *om.* ZTOHA

**12**

*Item cuius supra[1]. De paruulorum consectatoribus[2]*

Monachus uel clericus paruulorum aut adolescentium consectator, uel qui osculo uel qualibet[3] occasione turpi reprehensus fuerit inhiare[4] comprobata patenter[5] per accusatores uerissimos[6] causa, publice uerberetur, coronam capitis quam gestat amittat, decaluatusque[7] turpiter opprobrio pateat, omniumque sputamentis oblinitus in facie, probraque eque suscipiat, uinculisque artatus ferreis carcerali sex mensibus angustia maceretur et[8] triduana per ebdomadas singulas refectione panis exigui ordeacii[9] uespertino tempore subleuetur. Post deinde expletis[10] his mensibus aliis sex [130va] mensibus succedentibus senioris spiritualis custodia[11] segregata in curticula[12] degens operi manuum[13] et orationum continuo sit contentus[14], uigiliis et fletibus ex humilitate subiectus et penitentie lamentis[15] ueniam percipiat et sub custodia semper

---

[1] Item cuius supra CRSWDMBZTOA; *om.* NP
[2] De - consectatoribus CRSWNDB; *om.* ZTOHA
[3] *corr. fr.* -lebet Z
[4] *add. in mg.* Z
[5] pat- CRNZTOHA; pet- B; patienter P
[6] siue testes *add.* SZTOHA, *om.* CRNBP
[7] -tus- *ss* A
[8] *add.* H[2]
[9] ordeacii LSWNTOHA; ordacei C; ordeatei RX; ordeicei B; ordeacei P?Z
[10] expletis CNBZTOH; expextis A
[11] -odia CRDBZTOHA; -odiam N
[12] in curt. CRWBZTOHA; *om.* ND
[13] custodia segregata in – operis ma *in another ink* C
[14] contentus CRSWNBH; contemptus ZJTOQA
[15] -ntis CRNB; -nta ZTOHA

et sollicitudine suorum[16] spiritualium fratrum ambulet, nulla priuata loquutione uel consilio deinceps iuuenibus[17] coniungendus.
*S. Fructuosus c 16; Quad. 4.81*

---

[16] sollicitudine suorum CRXWDB; sollicitudine duorum SHZ$^2$; sollicitudine N; sollicitudo tuorum ZJTOQA
[17] iuuenibus CRSWNPZJTO$^2$HQ; uiuentibus B; iunibus O; uenitibus *after a short lacuna* A

**13**

*Iohannes in sua canonica epistola. Quod nec salutandi sunt heretici*[1]

Omnis qui recedit et non permanet in doctrina Christi Deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic et Filium et Patrem habet. Si quis uenit ad uos, et hanc doctrinam non[2] affert, nolite[3] eum recipere in domum, nec Aue ei dixeritis[4]. Qui enim dicit[5] illi Aue communicat operibus eius malis[6].
*2 Ioh. 1.9-11; Tc 147 (pt); +C 24 q 1 c 24a*

---

[1] Quod - her. *in mg.* ZJ
[2] *one letter, ?* h- *erased* H
[3] nol- CRDBZTOHA; uol- N
[4] -ti- *ss* N
[5] *corr. fr.* dicet T
[6] malis CLRXNDB; malignis SZTOHA

**14**

*Expositio Bede super hec uerba*[1]

Hec Iohannes de scismaticis[2] siue[3] hereticis deuitandis que uerbis docuit etiam factis exhibuit. Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus et martyr fortissimus Policarpus[4] Smyrneorum antistes quia[5] tempore quodam cum apud Ephesum[6] balneas lauandi gratia fuisset ingressus, et uidisset ibi Cherintum, exiliret continuo et discederet non lotus, dicens, Fugiamus hinc ne et balnee ipse corruant, in quibus Cherintus lauatur[7] inimicus ueritatis. Idem etiam Policarpus Martioni cum aliquando occurrisset[8] dicenti sibi, Agnosce nos, respondit, Agnosco. Agnosco[9] primogenitum Sathane.
*Bede,* In Ep. vii Catholicas *(CCL 121.330); Tc 147 (pt); +C 24 q 1 c 24b*

---

[1] Exp. - uerba *in mg.* Z
[2] *corr. fr.* scismatibuscis A
[3] siue CRNPZTOHA; *om.* B
[4] *in mg.* M
[5] tr'p *add. and canc.* O
[6] *obscurely corr.* Z
[7] lau- CNBZTOHQ; leu- A
[8] *corr. fr.* -esset N
[9] Agnosco CLRXNPZTOHA; *om.* SB

**15**

*Petrus in epistola secunda. De hereticis*[1]

Secuti sunt uiam Balaam ex Bosor qui mercedem iniquitatis amauit. Correptionem uero habuit sue uesanie subiugale[2] mutum in hominis uoce loquens prohibuit prophete insipientiam[3]. [130vb]
*2 Peter 2.15-16; Tc 151; C 2 q 7 c +31a*

---

[1] heretis Q; Z*(mg.)*J*(mg.)*TOHQA *add here the rubric to* c.xvi: Expositio Bede in (super Q, *om.* A) hec uerba
[2] uesanie ( *corr. fr.* -ane N) subiugale CRNBZTOH; uexanie subiugalem QA
[3] insipientiam CNBZTOHQ; insententiam *corr. fr.* insententeiam A

**16**

*Expositio Bede super[1] hec uerba[2]*

Plerumque heretici tam stulta dogmata, tam execranda[3] proferunt sacramenta ut etiam hebetum sensus paganorum et qui ratione diuine agnitionis omnimodis carent illorum detestetur[4] insaniam, illorum[5] distorta et Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguat[6]. Et quod peius est nonnunquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis ut etiam docti ab indoctis, clerici a laicis merito[7] redarguantur. Qui iure comparantur prophete, qui uerbis asine contra naturam loquentis corripitur, nec tamen a proposito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptissime nomen congruit[8] ciuitatis, de qua Balaam uenisse perhibetur. Bosor namque carneus siue in tribulatione interpretatur. Neque enim[9] alia magis causa luxuriosis existit[10], uerbum ueritatis amore pecunie uel desideriorum temporalium adulterare quam quia carnis se concupiscentiis manciparunt[11]. Sed[12] et nomen ipsius Balaam qui uanus populus siue precipitans[13] eos interpretatur talibus conuenit. Qui enim agnitam uiam[14] ueritatis sponte deserunt[15], quid nisi uanus populus sunt? Qui etiam in precipitium[16] suos mergunt auditores, quibus non salutaria que corrigant sed que illos delectent erronea predicant, de quibus apte[17] subditur, Hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus exagitate quibus caligo tenebrarum reseruatur.

*Bede,* In Ep. vii Catholicas *(CCL 121. 274-5); Tc 152; +C 2 q 7 c 31b*

---

[1] super CRSNBQ; in ZJTOH; *om.* A
[2] Expositio - uerba *here* CRSWNDB; *at head of c 15, no break here* ZJTOHQA
[3] *corr. fr.* exesc- N
[4] -etur LRXSWBZTOHA; -entur C
[5] det. ins. ill. CWDBZTOHA; *om.* N
[6] -at LRXSNBPZTOHA; -ant CW
[7] merito CRDMBZTOHA; *om.* N
[8] congruit CNBZTOHQ; corruit A
[9] *ss* B
[10] -it CNBJTOHQA; -at Z
[11] mancipar A
[12] *corr. fr.* Set Z
[13] *corr. fr.* princip- O
[14] *ss* T
[15] *corr. fr.* des. sp. N
[16] principicium O
[17] apte CRSWBPZTOHA; aperte LXND

## 17

*Beda super Matheum. De his qui se ab unitate fidei segregant[1]*

Quicumque ab unitate fidei uel societatis Petri[2] apostoli quolibet modo semet ipsos segregant, tales nec[3] uinculis peccatorum absolui nec ianuam possunt regni celestis ingredi.

*Bede,* Hom. *1.20 (CCL 122. 146); Tc 165a; ID 5.25; +C 24 q 1 c 27*

---

[1] De - segregant CRWNBP; *om.* ZTOHA
[2] Petri CRDBZTOHA; *om.* N
[3] nec CRNPZTOH; nec in B; ne QA

## 18

*Item. Quod non sufficiat nobis ad salutem si turbis* [131ra] *negligentium[1] adequemur fide uel actibus[2]*

---

[1] turbis negl. CLRXNBP; quibuslibet indoctis SWD
[2] Quod - actibus (actione N) CLRSWNDB; Quod - fide P; *om.* ZTOHA

Nec sufficere[3] nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium uel quorumlibet[4] indoctorum fide uel actibus adequemur, in quibus sacris litteris unica est credendi pariter et uiuendi regula prescripta.
*CCL 122.146, ut sup.; Tc 165b; +C 8 q 1 c 24*

---

[3] -ere CRNBZTOHQ; -ire A
[4] quorumlibet CRWDBZTOHA; quolibet N

**19**

*Beda super Marcum. De his qui ueritatem pro pecunia negant[1]*

Vbi abiit Iudas ad summos sacerdotes, et ipsi promiserunt ei pecuniam[2] se daturos. Multi hodie Iude scelus quia Dominum ac magistrum Deumque suum pecunia uendiderit, uelut immane et nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus[3] falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia ueritatem pro pecunia negant, Deum pecunia uendunt. Ipse enim dixit, Ego sum ueritas. Cum societatem fraternitatis aliqua discordie peste commaculant. Deum produnt, quia Deus caritas est. Quia ergo ueritatis[4] et caritatis iussa spernunt, Deum utique qui caritas est et ueritas[5] produnt, maxime cum non infirmitate uel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iude querunt opportunitatem qualiter arbitris absentibus[6] mendacio ueritatem, uirtutem[7] crimine mutent.
*Beda,* In Marcum, *CCL 120. 608; Tc 194*

---

[1] De - negant CRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[2] -nam O
[3] *corr. fr.* mon- O
[4] uitatis A. aliqua discordie – ueritatis *in mg.* M
[5] caritas est et uer. CLRWNBP; car. et uer. est XM; est uer. et car. SZJ[2]T[2]OA; est car. et uirt. J; est et ueritas caritas T?; est et (*ss*) caritas ueritas H
[6] absent- LRXSWNBPZTOHA; assent- C
[7] -utem CNBJTOHQA; -ute Z

**20**

*Alexander secundus. De his qui episcopum non canonice iudicatum a propria sede expulerint[1]*

Si quis deinceps priorum aut cuiuscumque dignitatis uel[2] cuiuscumque ordinis laicorum episcopum comprehenderit, percusserit uel aliqua ui a[3] propria sede expulerit nisi forte iudicatum canonice, auctores et co-operatores tanti sceleris anathematizentur, et bona eorum ecclesie ipsius iuri[4] perpetuo tradantur. Si uero in presbiterum uel quemcumque[5] inferiorum graduum clericum[6] hec eadem presumpserit, canonice penitentie atque compositioni[7] subiacebit[8]. Si [131rb] contumax fuerit excommunicetur.
*Alex. II; JL 4477; CB Alex. 4 (pt); +C 17 q 4 c 22*

---

[1] De - expulerint CRSWNDBP; *om.* ZTOHQA
[2] cui. dign. uel *om.* H
[3] a CRNB; *om.* SZTOHA
[4] *corr. fr.* iure B
[5] quemcumque CRXNB; quemque SZTOHA
[6] clericum CRNPZTOHA; *om.* B
[7] -ioni CSNBPT[2]OHQA; -ione ZJT
[8] subiacebit CLRXNBP; subiaceat SZJTOHA

**21**

*Gregorius septimus. De Osio episcopo et aliis qui Romanorum pontificum uice in conciliis usi sunt*[1]

Nosti enim Osium episcopum in Niceno et Cyrillum in Ephesino concilio[2] Romanorum uice eisdem concedentibus functos fuisse pontificum. Siagrio quoque Augustudunensi[3] episcopo Lugdunensis[4] antistitis suffraganeo sanctum papam Gregorium celebrandi generalis in Gallia concilii uicem suam legitis[5] indulsisse.

*Greg. VII; JL 5081; Reg. 6.2; Dd 1.247; CB Varia II 55 var.*

---

[1] De (*om.* N) - sunt CRSWNDB; De Hissio episcopo et aliis P; *om.* ZTOHA
[2] conc- CRWNBZTOQA; cons- H
[3] -un- *ss* CM; *corr. fr.* -inensi Z; Ang- O
[4] Lugd- CLRSWPZTOHA; Ludd- N; Lugud- DM; Lud- B
[5] leg- C[2]L[2]SWNMB[2]ZJTOHQA; lig- CLRBP; diligitis X

**22**

*Vrbanus secundus*[1]*. De Artaldo a papa Vrbano consecrato*[2]

Artaldus[3] Alanensis episcopus Narbonensis ecclesie suffraganeus Romam consecrandus ad dominum papam Vrbanum uenit. Suus quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat quoniam post electionem suam propter bona ecclesie obseruanda canonicis iurauerat. Consecratus itaque est a domino Vrbano papa ante purgatus huiusmodi sacramentum[4]. De iuramento quod canonicis[5] nostre ecclesie[6] feci post electionem,[7] nullam conuentionem ante ut eligerer feci. Narbonensis uero archiepiscopus[8] nullius[9] preter id criminis causa consecrationem meam omisit me sciente, neque michi[10] criminis eius conscius sum, propter quod[11] a sacerdotio me[12] repellat.

*CB Urban II 44; ed.* Somerville, *Urban II* 165 (*using* CZ *inter alia*)*; +C 8 q 3 c 2*

---

[1] secundus CXSNBZTOHA; *om.* W
[2] De (*om.* N) Artaldo (Arch- W, Ort- N) - consecrato CRSWNDB; *om.* ZTOHA
[3] Orta- N; Ata- A
[4] -entum LRXSWNBPZTOHA; -ento C
[5] *corr. fr.* canocis X
[6] nostre ecc. CRNBZTOA; ecc. nostre SHQ
[7] feci p. elect. CRSNBP; p. elect. feci ZTOHA
[8] -h- *ss* A
[9] nullius CNBJTOHQA; nullus Z
[10] michi CRSNPZ[2]JTOHQA; nichil B; *om.* Z
[11] quod CRSNBPZ; *om.* TOHA
[12] *repeated and canc.* H

**23**

*Idem Vitali*[1] *presbitero Briuensi*[2]*. Quod baptismus sit si mulier infantem*[3] *in nomine Trinitatis necessitate baptizauerit, et quod filii*[4] *uel filie compatrum excepta persona qua compatres efficiuntur legitime possint coniungi*[5]

Super quibus consuluit nos tua dilectio[6] hoc uidetur nobis ex sententia respondendum, ut et baptismus sit si instante necessitate femina puerum[7] in nomine

---

[1] episcopo *add. and canc.* Z
[2] Idem - Briu. *om.* P
[3] *after* necessitate S
[4] filiis W
[5] Quod - coniungi CSWNBP; *om.* TOHA
[6] tua dil. RXSWNBPZTOHA; dil. tua CL
[7] fem. puerum CRDBZTOHA; puerum fem. N

Trinitatis baptizauerit et quod spiritualium parentum filii uel filie[8] ante uel post compaterni[131va]tatem genite possunt legitime coniungi preter illam personam qua compatres effecti sunt.
*Urban II; JL 5741; +C 30 q 3 c 4*

[8] et *add.* N, *om.* CRDBZTOHA

## 24

*Item. Ne mulier cum marito puerum in baptismate suscipiat et de eo qui duabus commatribus nupserit et de eo[1] qui ecclesiam emerit[2]*

Quod autem uxor cum marito in baptismate non debeat suscipere puerum nulla auctoritate[3] repperitur prohibitum, sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conseruetur immunis, dignum decernimus ut utrique insimul ad hoc aspirare[4] minime presumant. Quia uero piaculare flagitium commisit qui duabus commatribus uelut[5] duabus sororibus nupsit magna iuxta modum culpe penitentia iniungi debet[6]. Porro eos qui ecclesiam emerunt si persona talis fuerit quam uita commendet in monasteriis uel canonicis regulariter uiuens, in sui[7] honoris[8] officio misericorditer condescendendo ministrare concedimus absque tamen sanctorum canonum preiudicio.
*Urban II; JL 5742, 5740; +C 30 q 4 c 6 to* debet iniungi *only, +C 1 q 5 c 2 from* eos qui ecclesiam

[1] de eo *om.* S
[2] Item (*om.* SN). Ne - emerit (-int) CRSWNDB; Ne mulier - nupserit P; *om.* ZTOHA *following c 23 without a break*.
[3] *corr. fr.* act- O
[4] -i- *ss* O
[5] qui duabus com. uelud *in mg.* X² (*in text* R)
[6] commatribus uelut duabus - debet *in small cramped hand* C
[7] *corr. fr.* suis O
[8] honoris CRWNPZTOHA; ordinis (uel honoris *ss*) B

## 25

*Augustinus in libro secundo[1] contra epistolam Parmeniani[2]. Multitudine peccante diuine discipline misericordiam esse necessariam[3]*

Neque enim potest esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. Cum uero idem morbus plurimos occupauerit, nichil aliud bonis restat quam dolor et gemitus, ut per illud signum quod Ezechieli sancto reuelatur illesi euadere ab illorum uastatione[4] mereantur. INFRA. Reuera cum contagio peccandi[5] multitudinem inuaserit diuine discipline seuera misericordia necessaria[6] est[7]. Nam consilia separationis et inania sunt et perniciosa atque sacrilega, quia et impia et[8] superba fiunt, et plus perturbant infirmos bonos quam corrigant[9] animosos malos. INFRA. Turba autem iniquorum cum facultas est [131vb] populorum promendi sermonum generali obiurgatione ferienda est, et maxime si

[1] in lib. sec. CRWDBZTOHA; *om.* N
[2] Aug. - Parm. *om.* P
[3] Multitudine - necessariam (xiv *add.* B) CRSWNDB; Quod mult. nec. P; *om.* ZTOHA
[4] -ione CNBJTOHQA; -ionem Z
[5] et *add.* W, *om.* CXSNBZJTOHQA
[6] contagio peccandi misericordia neces *in small cramped hand* C
[7] *corr. fr.* esse B?
[8] *ss* O
[9] -gant *in mg.* C

occasionem atque opportunitatem prebuerit aliquod flagellum[10] desuper Domini quo eos appareat pro suis meritis uapulare.
*Prol. 127-8; +C 23 q 4 c 32*

---

[10] ferienda est et - flagellum CLRWDBZTOHA; ferigellum N

## 26[1]

*Idem ad Casulanum. Quod consuetudines ecclesiastice uicem legis teneant*

In his enim rebus de quibus nichil certi statuit scriptura diuina mos populi Dei uel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut preuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi[2] sunt.
*Augustine (PL 33.136) to* tenenda sunt *only; BD 3.126 as here; Coll. Sem. 2.140 as BD; Tc 29; ID 4.68 as BD; IP 2.158; +D 11 c 7*

---

[1] *om.* DM
[2] -h- *ss* N

## 27

*Idem[1]. Quod sana ratio exemplis sit anteponenda, et de his qui metu ueritatem occultant et quod non minus periculum sit[2] mentiri quam sanguinem effundere[3]*

Sana[4] quippe ratio[5] exemplis anteponenda est, cui quidem et exempla concordant, sed illa que tantum digniora sunt imitatione quantum excellentiora pietate. ITEM[6]. Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem occultat[7], iram Dei super se[8] prouocat[9], quia magis timet hominem quam Deum. ET POST PAVCA. Vterque reus est, et qui ueritatem occultat et qui mendacium dicit quia[10] et ille prodesse non uult et iste nocere desiderat. ITEM. Nemo[11] peritorum aut prudentium putet quod minus sit periculum in uerbis lingua mentiendo[12] quam manibus sanguinem effundendo. ITEM[13]. Melius est pro ueritate supplicium quam pro adulatione[14] beneficium.
*cf. BD 16.12; Dd 4.61 (*Quisquis metu - desiderat*, as Augustine); Tc 154-7; +D 9 c 11 (*Sana - pietate*), C 11 q 3 cc 80-81 (*Quisquis metu - *end)*

---

[1] *om.* P
[2] per. sit CR²XWND; sit per. LS; per. RB
[3] Quod sana - effundere CLRSWNDB; Quod sana - uer. occultantur P; *om.* ZTOHA
[4] Vana A
[5] etiam *add.* RSBPZTOHA; in *add.* W, *om.* CLXND
[6] *new sect. in* T
[7] -at CRNBZTOH; -ans Q; -as A
[8] se CRNBZTOHQ; *om.* A
[9] prouocat CRWNPZTOHA; et qui mendacium dicit *add. and canc.* N; uocat B
[10] quia LRSWNBZTOHA; *om.* CX
[11] *large initial* N *in mid-line* ZTOHA
[12] mentiendo CRDBZTOHA; mendacio N
[13] Item CRNBZTOH; Idem super Iohannem A
[14] adol- N

## 28

*Item[1] idem[2] super Iohannem[3]. Veritatem non relinquendam uitando arrogantiam[4]*

Non ita[5] caueatur arrogantia ut ueritas relinquatur.

---

[1] Item *om.* Q
[2] idem CRXNDBZTOQ; *om.* SH
[3] Item - Iohannem CRSWNDBZTOH; *om.* P; Idem in epistola ad Vincentium A
[4] Veritatem - arrogantiam CRSWNDB; Quod reges ecclesiam debeant defendere P (*cf c 30*); *om.* ZTOHA
[5] Non ita CRNBZTOHQ; Monita A

*Augustine,* Tract. in Ioh. *(CCL 36. 379); Tc 158; +C 22 q 2 c 11*

**29**

*Idem in epistola ad Vincentium[1]. Quomodo reddatur malum pro malo[2]*

Istos atroces quondam inimicos nostros pacem et quietem nostram uariis[3] uiolentiarum [132ra] et insidiarum generibus grauiter infestantes si sic contempneremus et toleraremus[4] ut[5] nichil omnino quod ad eos terrendos atque[6] corrigendos ualere posset excogitaretur et argueretur a nobis uere malum pro malo redderemus. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus freneticum factum[7] currere uideret in preceps, nonne tunc potius malum pro malo redderet si eum sic permitteret ire[8] quam si corripiendum[9] ligandumque[10] curaret? Et tamen ei tunc molestissimus et aduersissimus uideretur quando utillimus[11] et misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto sibi eum minus pepercisse sensisset.
*Augustine Ep. 93 (PL 33.321-2)*

---

[1] Idem (Item NDB) in - Vincentium CRWNDBZTOH; *om.* P; Idem in eadem epistola A (*cf previous c.*)
[2] Quomodo - malo CRXWNBP; Quomodo malum pro malo reddatur SD; *om.* ZTOHA
[3] *ss* O
[4] -re- *ss* B
[5] ut CRNBZTOQA; in H
[6] atque CRXNB; *om.* SZTOHA
[7] fren. (*corr. fr.* frenit- R) fac. CRNPZTOHA; fac. fren. B
[8] perm. ire CRXNBP; ire perm. SZTOHA
[9] -ri- *ss* N
[10] -que *ss* Z
[11] utillimus CLRXWNPZTOA; utilissimus SBHQ

**30**

*Idem in eadem[1] epistola. Quod reges ecclesiam debeant defendere[2]*

Non inuenitur exemplum in euangelicis et apostolicis litteris, aliquid petitum a regibus terre pro ecclesia contra inimicos ecclesie. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia, Et nunc reges intelligite et erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore[3]. Adhuc enim illud non[4] implebatur quod in eodem psalmo paulo superius dicitur, Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania[5]. Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in unum aduersus Dominum et aduersus Christum eius[6]. Verumtamen si facta preterita in propheticis libris figure fuerant futurorum in rege illo qui appellabatur Nabugodonosor utrumque tempus figuratum est, et quod sub[7] apostolis habuit, et quod nunc[8] habet ecclesia. Temporibus itaque[9] apostolorum et martyrum illud implebatur quod figuratum est, quando rex memoratus pios et iustos cogebat adorare simulachrum, et recusantes mittebat in flammam, nunc autem illud impletur quod paulo post in eodem rege figuratum [132rb] est cum conuersus ad honorandum Deum uerum decreuit in regno[10] suo ut

---

[1] eadem CLRWDBZTOA; *om.* N
[2] Quod reges eccl. deb. def. RXSWNDBP; Quod eecl. deb. def. reges CL[2]; De his qui a corpore Christi preciduntur L (*subs. canc.*); *om.* ZTOHA
[3] et ex *add. and canc.* N
[4] non CRNB; *om.* SZTOHA
[5] sunt *om.* H (*see next note)*
[6] reges - eius *abbreviated to* r. t. et p. con. u. in et a. eius H
[7] *corr. fr.* ab B?
[8] nunc CDBZTOHA; *om.* N
[9] itaque CDBZTOHA; ita N
[10] regno CDBZTOA; rege N

quicumque blasphemaret Deum Sydrac, Mysac et Abdenago penis debitis[11] subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora[12] regum infidelium, quos passi sunt Christiani[13] pro impiis. Posterius uero tempus illius regis significauit tempora posteriorum regum iam fidelium quos[14] patiuntur impii pro Christianis. Sed plane in eis qui sub nomine Christi errant[15] seducti a peruersis, ne forte oues Christi sint errantes, et ad gregem aliter reuocande sint, temperata seueritas et[16] magis mansuetudo seruatur, ut cohercitione[17] exiliorum atque[18] dampnorum admoneantur considerare quid quare patiantur, et discant preponere rumoribus et calumpniis hominum scripturas quas legunt[19]. Quis enim nostrum, quis uestrum non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia paganorum? Et certe longe ibi pena seuerior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium est, de uobis autem corripiendis atque cohercendis habita ratio est, qua potius admoneremini ab errore discedere quam pro scelere puniremini.
*Augustine Ep. 93 (PL 33.325-6); +C 23 q 4 c 41*

---

[11] *in mg.* O
[12] sign. priora tempora *corr. fr.* segregebat B
[13] uel patiuntur *add.* SH, *om.* ZJTOQA
[14] passi sunt Christiani - quos SZJTOHQA; *om.* CLRXWNBP
[15] -r- *ss* C
[16] *add.* B[2]
[17] cohercitione CRWN[2]DM[2]BPZJTO; cohercione LX[2]SW[2]NHQA; hercione X; cohercitatione M
[18] *a letter erased here* B
[19] legunt LRWDBPZTOHA; legant CN

**31**

*Idem in eadem epistola[1]. Quod nullius crimine maculatur inscius[2]*

Certe nullius[3] crimen maculat nescientem.
*PL.33.328D; C 1 q 4 c 1*

---

[1] Idem - ep.] Item ibi. P
[2] Quod - inscius CLRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[3] *corr. fr.* nullus T

**32**

*Idem[1] in eadem epistola[2]. De eodem[3]*

Quis locus innocentie reseruatur si crimen est proprium nescire crimen alienum?
*PL 33.329A; C 1 q 4 c 2 var.*

---

[1] Idem CLRNDB; Item L[2]SZTOHQA
[2] eadem epistola RXWNDBZJ; eadem CSTOHQA; eodem L; Idem in ead. *om.* P
[3] (Item *add.* D) De eodem CLRSWNDBP; *om.* ZTOHQA

**33**

*Item ibi. Idem de eodem[1]*

Quam magnum crimen est ab istorum innocentium[2] communione separari? Nam et facta innocentium[3] que innocentibus demonstrari uel ab innocentibus credi non possunt non[4] inquinant quemquam si propter innocentes[5] etiam cognita[6] sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut

---

[1] ibi. Idem (Item RWB, *om.* LN) de eodem CLRWNB; ibi DZJ; *om.* SPTOHQA
[2] -ium CRNPZTOHA; -um B
[3] innocentium CLRXSWNBP; nocentium C[2]ZTOHA
[4] *ss* B
[5] -tes CLRXNB; -tium SZTOHA
[6] ccog- T?

tolerauerunt[7] prophete contra quos tanta dicebant. Nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant[8], sicut ipse Dominus nocentem Iudam usque ad condignum eius [132va] exicium tolerauit, et eum sacram cenam cum innocentibus communicare permisit, sicut tolerarunt[9] apostoli eos qui per inuidiam quod ipsius diaboli uitium est Christum annuntiabant.
*PL 33.329 A-B; C 23 q 4 c 10*

[7] -auerunt CRXNB; -abantur S; -antur ZTOHA
[8] -bant CRDBZTOHA; -bat N
[9] -arunt RXSNBZTOHA; -auerunt CLWDM; ? P

## 34

### *Item in[1] eadem[2] epistola[3]. Quod ad bonum cogendi sunt[4] mali[5]*

Vides[6] ut opinor non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit[7] illud quo[8] cogitur utrum bonum an malum. Non quisque[9] bonus esse possit inuitus[10], sed timendo quod non uult pati uel relinquit impedientem animositatem uel ignoratam[11] compellitur[12] cognoscere ueritatem, ut timens uel respuat falsum de quo contendebat uel querat uerum quod nesciebat et uolens iam teneat quod nolebat.
*PL 33.329c; C 23 q 6 c 3a*

[1] in RXSNBZTOA; *om.* W; ? C
[2] *repeated and cancelled* C
[3] Item - ep. *om.* P
[4] cog. sunt] sunt cog. X
[5] epistola (*om.* S). Quod - mali CRXSWNDB; epistola ZJ; *om.* TOHQA
[6] iam *add.* SZJTOHA, *om.* CLRXWNDBP
[7] *ss* R
[8] quo LXSWNBPJ[2]TOHQA; quod RZJ; ? C
[9] considerandum quod quisque - quisque *in smaller cramped hand* C
[10] inuitus CRSNBZHQ; in uitiis TOA; ? J
[11] -ra- *ss* Z
[12] -itur CLRWBZTOHA; -imur ND

## 35

### *Item ibi[1]. De eodem[2]*

Mea primitus sententia non erat nisi neminem ad unitatem Christi esse cogendum uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberem quos apertos hereticos noueram. Sed hec opinio mea non contradicentium uerbis sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo[3] michi opponebatur ciuitas mea[4], que cum tota esset in parte Donati[5] ad unitatem catholicam legum imperialium[6] timore[7] conuersa est quam nunc uidemus ita huius uestre[8] animositatis perniciem detestari[9], ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita alie multe que michi nominatim commemorabantur[10] ut ipsis[11] rebus agnoscerem etiam in hac causa recte[12] intelligi posse quod scriptum est, Da sapienti[13] occasionem et sapientior erit.

[1] Item ibi *om.* P
[2] De eodem CRSWNDBP; *om.* ZJTOHQA
[3] primo CRNBZTOH; prima QA
[4] *ss* Z
[5] *obsc. in* T
[6] tempore *add. and canc.* O
[7] timore CRDBZTOHA; *om.* N
[8] uestre CRNPZTOHA; nostre B
[9] -ari CRNBZTOHQ; -arunt A
[10] -me- *ss* O
[11] ipsis CRDBZTOHA; ipsius N
[12] *ss* T

*PL 33.329-30; C 23 q 6 c 3b*

[13] *corr. fr.* -ente N

**36**

*Item in eadem epistola. De his qui a corpore Christi preciduntur*[1]

Quemadmodum membrum si precidatur ab hominis uiui corpore non potest tenere spiritum uite, sic homo qui preciditur de Christi iusti[2] corpore nullomodo potest spiritum tenere iusticie, etiam si figuram membri teneat quam sumpsit in[3] [132vb] corpore. In huius ergo[4] compagem corporis ueniant, et labores suos non dominandi cupiditate sed bene utendi pietate possideant. Nos autem uoluntatem nostram ut iam dictum est ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos quorum labores dicuntur[5] ut nobiscum et illis et nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus inquirimus. Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet. Si iniusti sumus quare nos queritis? Quibus respondemus, Querimus uos[6] iniustos ne permaneatis iniusti. Querimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus dicentes, Mortuus erat frater et reuixit, perierat et inuentus est. Quare ergo me, inquit[7], non baptizas, ut abluas a peccatis? Respondeo, quia non facio iniuriam caracteri imperatoris cum errorem corrigo[8] desertoris. Quare[9], inquit, apud[10] te uel penitentiam non ago? Immo nisi egeris saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse peruersum? Quid ergo, inquit[11], apud uos[12] cum ad uos transimus[13] accipimus? Respondeo. Non quidem accipitis baptismum qui uobis extra compagem corporis Christi inesse potuit prodesse non potuit, sed accipitis[14] unitatem Spiritus in uinculo pacis, sine qua nemo poterit uidere Deum, et caritatem que sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum.

*C 23 q 7 c 4a, of which part is a later addn*

[1] Item in eadem epistola CRSWNDZTOHQA; *om.* BP. De - preciduntur CRWNDBP, *om.* ZTOHQA
[2] iusti CRDBZTOHA; iuste N
[3] in CRNPZTOHA; *om.* B
[4] ergo CR²XSNZTOHA; uero R?WBP
[5] *corr. fr.* disc- Z
[6] Querimus uos CRDBZTOHA; Queritis uos N
[7] me inquit CRXNBZTO; inquit me SHQA
[8] corrigo CRNBZTHQA; *om.* O
[9] ergo *add.* Z, *om.* RXNBJTOHQA; ? C
[10] *corr. fr.* inquid N
[11] apud *add. and canc.* Z
[12] uos CLRWDBZT²OHQA; nos N; *om.* T
[13] *corr. fr.* transmisimus Z
[14] *ss* A

**37**

*Item ibi*[1]*. De arrogantia uitanda*[2]

Quantumlibet enim uigilet disciplina domus mee, homo sum et inter homines uiuo. Nec mihi arrogare audeo ut domus[3] mea melior sit quam archa Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inuentus est, aut melior sit quam domus Abrahe[4], ubi dictum est, Eice[5] ancillam et filium eius[6], [133ra] aut melior sit[7] quam domus Ysaac cui[8] de duobus geminis dictum est[9], Iacob dilexi, Esau autem odio habui[10].

[1] Item ibi *om.* P
[2] De - uitanda CRSWNDBP; *om.* ZTOHA
[3] mea *add. and canc.* O
[4] *corr. fr.* Ysaac N
[5] Eice CRNBPZJHQA; Ecce TO

*Aug. Ep. 78 (PL 33.271-2); +D 47 c 9a*

[6] *ss* Z
[7] sit LRSWNBPZTOHA; *om.* CX
[8] cui CRXWNBP; cuius SZTOHA
[9] Eice ancillam et - est *in mg.* O
[10] od. hab. *add.* W[2]

## 38

### *Item ibi[1]. De his qui in monasteriis proficiunt[2]*

Simpliciter fateor caritati uestre[3] coram Domino Deo nostro qui testis est super animam meam ex quo Deo seruire cepi, quomodo difficile sum expertus meliores[4] quam qui in monasteriis profecerunt. Ita non sum expertus peiores quam qui in monasteriis ceciderunt.[5]

*Aug. Ep. 78 (PL 33.272); +D 47 c 9b*

[1] Item ibi *om.* P
[2] ibi (*om.* SN). De - proficiunt CRSWNDB; ibi ZJ; *om.* TOHQA
[3] fat. car. uestre CNBZTOQA; car. uestre fat. H
[4] *corr. fr.* -is O
[5] Ita non - ceciderunt SZJTOHQA, *om.* CLRXWNDBP

## 39

### *Augustinus ad Possidium[1] et qui cum eo sunt fratres[2]. De ornatu[3] feminis[4] concesso a uiris[5] non usurpando[6]*

Fucari[7] figmentis quo uel rubicundior uel candidior appareat adulterina fallacia est. Qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittende sunt femine ornari[8] secundum ueniam, non secundum imperium. Nam uerus ornatus maxime Christianorum et Christianarum non tamen nullus fucus mendax, uerum ne auri quidem uestisque[9] pompa sed mores boni sunt. Execranda autem[10] superstitio ligaturarum in quibus etiam in aures uirorum in summis ex una parte auriculis suspense deputantur, non ad placendum hominibus sed ad seruiendum demonibus adhibentur.

*Augustine Ep. 245 (PL 33.1060-1061); De cons. D 5 c 38*

[1] *corr. fr.* -dum O
[2] fratres CRXB; Aug. - fratr. *om.* NP; fratribus SZTOHA
[3] ordinatu W
[4] solis *add.* SWDM, *om.* LRXNB; ? C
[5] conc. a uir. RXSWNMB; a uiro conc. L; ? C
[6] De - usurpando CRSWNMDBP; *om.* ZTOHA
[7] Fuc- L[2]RXSWDPZTOHQ; Luc- L; Vuc- N; Vug- N[2]; Fur- D (*before obsc. corr.*); Duc- A; ? C
[8] ornari CRWNPZTOHA; ordinari (uel ornari *ss*) B
[9] uestisque CRWNPZTOHA; uestis (*corr. fr.* testis) est B
[10] *corr. fr.* ut A